

Allegor. tamen sensus hic est potior et magis intentus à Spiritu sancto. Unde S. Aug. q. 154, dicit hic esse prophetiam de Christo; facies enim Domini significat divinitatem Christi; hanc non viderunt Judæi cum Christum crucifixerunt, sed postquam Christus transiit per mortem et resurrectionem ad Patrem, tunc multi eorum posteriora hæc ejus viderunt et crediderunt.

Thopol. Nysseus : In hæc, inquit, vitâ Deum videre non possumus; iste tamen videt posteriora Dei, qui supra petram, id est, Christum, stat, quique corde et animo semper Deum sequitur, quocumque ducat, juxta illud Psalms : *Adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua*; et Christi : *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum*. Rursùm : *Veni, sequere me*. Sequi enim Deum mente, voluntate et actione, semper et ubique quocumque ducat, idipsum est Deum videre.

Symbolicè, posteriora Dei sunt effectus et creature Dei, à quibus solis Mosi et nobis in hæc vitâ, Deum speculari conceditur. Ita Philo, Anastas. in Quaest. S. Scrip. quaest. 25; Irenæus lib. 4, 37; Hilari. in Psal. 115. *Ex perpetuitate*, ait S. August., *creaturarum, intelligitur creator æternus; ex magnitudine omnipotens; ex ordine et dispositione sapiens; ex gubernatione bonus*.

Symbolicè quoque alii putant, hic præsentatam et promissam esse Mosi visionem humanitatis Christi in transfiguratione, in monte Thabor; humanitas enim

CAPUT XXXIV.

1. Ac deinceps : Precide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum, et scribam super eas verba, quæ habuerunt tabule quas fregisti.
2. Esto paratus mane, ut ascendas statim in montem Sinai, stabisque tecum super vitæcem montis.
3. Nullus ascendet tecum, nec videatur quispiam per totum montem; boves quoque et oves non pasceantur e contra.
4. Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerant; et de nocte consurgens ascendit in montem Sinai, sicut præceperat ei Dominus, portans secum tabulas.
5. Cumque descendisset Dominus per nubem, stetit Moyses cum eo, invocans nomen Domini.
6. Quo transiente coram eo, ait : Dominator, Domine Deus, misericors et clemens, patiens et multa miserationis, ac verax;
7. Qui custodis misericordiam in millia; qui auferis iniquitatem, et scelera, atque peccata, nullusque apud te per se innocens est; qui reddis iniquitatem patrum filiis ac nepotibus, in tertiam et quartam progeniem.
8. Festinusque Moyses, curvatus est pronus in terram, et adorans,
9. Ait : Si inveni gratiam in conspectu tuo, Domine, obsecro ut gradiaris nobiscum (populus enim

inferior et posterior est Christi pars, divinitas verò est prior et potior. Ita Tertul. lib. 4 contra Marc. c. 22; Nazianz. orat. 2 de Theologia; Origen. hic hom. 12, et homil. 7 in num. De quo vide S. Aug. lib. 2 de Trinitate, cap. 17, et Bern. serm. 61 in Cantica. Rursùm S. Ambr. in Psal. 45, v. 24 : Moses, inquit, vidit posteriora Christi; vidit splendorem ejus ut homo est, vidit ejus gloriam passionis, per quam regnum nobis cæleste reparavit. Unde colligit Ferrandus visione 7, sect. 5, Mosen vidisse Christum flagellis cæsum, et spinis coronatum, qualem Pilatus populo exhibuit, dicens : *Ecce homo*; item vidisse eum cruci affixum. Unde exclamavit c. 54, 6 : *Misericors, clemens, multa miserationis*, etc.; et hinc allussisse S. Petrum Epist. 1, c. 4, v. 11, cum Prophetas Spiritu Dei prænuñtasse ait eas, quæ in Christo sunt *passiones, et posteriores glorias*; ubi et significat id est, q. d. : *Passiones Christi sunt posteriores ejus glorie, quæ scilicet in tergo Domini gloriosè ostense sunt Mosi*. Verùm hoc symbolicum est mysticum, non literale, ideòque incertum et conjecturale.

Ex dictis patet, nullo modo ex hoc capite colligi posse quòd Moses viderit divinam essentiam; neque enim Moses hoc petit, neque si petit impetravit. Nam Dominus ei disertè respondit, dicitur : *Faciem meam videre non poteris*; estque hæc aliorum Patrum penè omnium sententia, quos citat L. Molina, Valentia et alii, p. 1, quaest. 12.

CHAPITRE XXXIV.

1. Le Seigneur dit ensuite à Moïse : Faites-vous deux tables de pierre, qui soient comme les premières que j'avais faites moi-même, et j'y écrirai les paroles qui étaient sur les tables que vous avez rompues.
2. Soyez prêt dès le matin, pour monter aussitôt sur la montagne de Sinai, et vous demeurerez avec moi sur le haut de la montagne.
3. Que personne ne monte avec vous, que nul ne paraisse sur toute la montagne; que les bœufs mêmes et les brebis ne paissent point vis-à-vis de ce lieu où je fais éclater ma gloire.
4. Moïse tailla donc deux tables de pierre, telles qu'étaient les premières; et se levant avant le jour, il monta sur la montagne de Sinai, portant avec lui les tables, selon que le Seigneur le lui avait ordonné.
5. Alors le Seigneur étant descendu au milieu de la nuée, Moïse se tint en sa présence, invoquant le nom du Seigneur.
6. Et comme le Seigneur passait devant lui, il dit : *Souverain Dominateur, Seigneur Dieu, qui êtes plein de compassion et de clémence, patient, riche en miséricorde, et véritable*;
7. Qui conservez et faites sentir votre miséricorde jusqu'à mille générations; qui effacez l'iniquité, les crimes et les péchés; devant le quel nul n'est innocent par lui-même, et qui rendez l'iniquité des pères aux enfants et petits-enfants, jusqu'à la troisième et la quatrième génération; faites miséricorde à ce peuple qui vous a offensé; et malgré son indignité, accomplissez en sa faveur les promesses que vous avez faites à leurs pères.
8. En même temps Moïse se prosterna contre terre, et adorant Dieu,
9. Il ajouta : Seigneur, si j'ai trouvé grâce devant vous, marchez, je vous supplie, avec nous; car ce peuple a la tête dure; sans vous nous ne pourrions le conduire; effacez aussi nos iniquités et nos pé-

dura cervicis est), et auferas iniquitates nostras atque peccata, nosque possideas.

10. Respondit Dominus : Ego inibo pactum videntibus cunctis; signa faciam que nunquam visa sunt super terram, nec in ullis gentibus; ut cernat populus iste, in cujus es ñtedio, opus Domini terribile quod facturum sum.

11. Observa cuncta que hodiè mando tibi : ego ipse efficiam ante faciem tuam Amorrhæum, et Chananzæum, et Hethzæum, Pherezæum quoque, et Hovæum, et Jebusæum.

12. Cave ne unquam cum habitatoribus terre illius jungas amicitias, quæ sint tibi in ruinam;

13. Sed aras eorum destrue, confringe status, luocos succide.

14. Noli adorare Deum alienum. Dominus zelotes, nomen ejus; Deus est æmulator.

15. Ne in eas pactum cum hominibus illarum regionum; ne, cum fornicati fuerint cum diis suis, et adorerint simulacra eorum, vocet te quispiam in comedes de immolatis.

16. Nec uxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis; ne, postquam ipse fuerint fornicata, fornicari faciant et filios tuos in deos suos.

17. Deos confatiles non facies tibi.

18. Solemnitatem azyorum custodies. Septem diebus vesceris azyms, sicut præcepit tibi, in tempore mensis novorum; mense enim verni temporis egres-sus es de Ægypto.

19. Omne quod aperit vulvam generis masculini, meum erit; de cunctis animantibus, tam de bobus quam de ovibus, meum erit.

20. Primogenitum asini redimes ove; sin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur. Primogenitum filiorum tuorum redimes; nec apparebis in conspectu meo vacuus.

21. Sex diebus operaberis, die septimo cessabis arare et metere.

22. Solemnitatem Hebdomadarum facies tibi in primitiis frugum messis tue triticæ, et solennitatem, quando redeunte anni tempore cuncta conduntur.

23. Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis Domini Dei Israel.

24. Cum enim tulero gentes à facie tua, et dilatavero terminos tuos, nullus insidiabitur terre tue. ascendente te, et apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno.

25. Non immolabis super fermento sanguinem ho-

chæis, afin que rien ne vous empêche de vous accorder cette grâce; et possédez-nous comme votre héritage, ainsi que vous nous l'avez fait espérer.

10. Le Seigneur lui répondit : Je ferai ce que vous me demandez : je rendrai ferme à la vue de tout le monde l'alliance que j'ai faite avec ce peuple; je ferai en sa faveur des prodiges qui n'ont jamais été vus sur la terre, ni dans aucune nation, afin que ce peuple, au milieu duquel vous êtes, considère l'ouvrage terrible que doit faire le Seigneur, pour le mettre en possession de la terre qu'il lui a promise.

11. Gardez donc aussi de votre côté toutes les choses que je vous ordonne aujourd'hui, et je chasserai moi-même devant vous les Amorrhéens, les Chananéens, les Héthéens, les Phéréziens, les Hévéens et les Jebuséens.

12. Prenez garde aussi de jamais faire amitié avec ceux d'entre les habitants de ce pays que je laisserai encore quelque temps; cela causerait votre ruine;

13. Mais détruisez tous leurs autels, brisez tous leurs statues, coupez leurs bois consacrés à leurs idoles.

14. N'adorez point de Dieu étranger. Le Seigneur s'appelle le Dieu jaloux; Dieu veut être aimé uniquement.

15. Je vous le répète encore une fois, ne faites point d'alliance avec les habitants de ce pays-là; n'ayez aucun commerce avec eux, de peur que, lorsqu'ils se seront corrompus avec leurs dieux et qu'ils auront adoré leurs statues, quelqu'un d'entr'eux ne vous invite à manger avec lui des viandes qu'il leur aura immolées.

16. Vous ne ferez point non plus épouser leurs filles à vos fils, de peur qu'après qu'elles se seront corrompues elles-mêmes, par l'idolâtrie, elles ne portent vos fils à se corrompre aussi, comme elles, avec leurs dieux.

17. Vous ne vous ferez point aussi comme eux de dieux jetés en fonte.

18. Vous observerez la fête solemnelle des azyms, qui est la fête de Pâque, et vous mangerez sept jours durant des pains sans levain au mois des nouveaux fruits, comme je vous l'ai ordonné; car vous êtes sortis de l'Égypte au mois où commença le printemps.

19. Tout mâle qui sort le premier du sein de sa mère sera à moi; les premiers de tous les animaux, tant des bœufs que des brebis, seront à moi.

20. Vous rachèterez avec une brebis le premier-né de l'âne, que si vous ne le rachetez point, vous le tuerez. Vous rachèterez avec de l'argent le premier-né de vos fils, et vous ne paraîtrez point devant moi les mains vides, et sans m'offrir des présents.

21. Vous travaillerez pendant six jours, et le septième jour vous cesserez de labourer la terre et de moissonner.

22. Vous célébrerez la fête solennelle des Semaines, cinquante jours après Pâque; vous la célébrerez, dis-je, en offrant les prémices des fruits de la moisson du froment; et vous ferez la fête des Tabernacles après les déponilles des fruits, à la fin de l'année, lorsqu'on les aura tous recueillis.

23. Tous vos enfants mâles se présenteront en ces trois fêtes, c'est-à-dire trois fois l'année devant le Seigneur tout-puissant, le Dieu d'Israël.

24. Car lorsque j'aurai chassé les nations de devant votre face, et que j'aurai étendu les limites de votre pays, si vous montez, et si vous vous présentez trois fois l'année devant le Seigneur votre Dieu, nul ne formera avec succès des entreprises secrètes contre votre pays.

25. Vous ne m'offrirez point avec du levain, le sang

de la victime qui n'est immolée, et il ne restera rien de l'hostie de la fête solennelle de Paque jusqu'au lendemain matin.

26. Vous offrirez les prémices des fruits de votre terre dans la maison du Seigneur votre Dieu. Vous ne ferez point cuire le chevreau lorsqu'il tait encore le lait de sa mère.

27. Le Seigneur dit encore à Moïse : Écrivez pour vous ces paroles , par lesquelles j'ai fait alliance avec vous et avec Israël.

28. Moïse demeura donc encore quarante jours et quarante nuits avec le Seigneur sur la montagne ; il ne mangea point de pain, et il ne but point d'eau dans ce temps ; et le Seigneur écrivit sur les tables que Moïse avait préparées, les dix paroles de l'alliance.

29. Après cela Moïse descendit de la montagne de Sinai, portant les deux tables du témoignage ; et il ne savait pas que son visage jetait des rayons de lumière qui lui étaient restés de l'entretien qu'il avait eu avec le Seigneur.

30. Mais Aaron et les enfants d'Israël, qui s'étaient

amassés pour aller au-devant de lui, voyant que le visage de Moïse jetait des rayons dont ils avaient peine à soutenir l'éclat, craignirent d'approcher de lui, et rétornerent sur leurs pas.

31. Mais Moïse ayant appelé Aaron et les principaux de l'assemblée, ils revinrent le trouver. Et après qu'il leur eut parlé,

32. Tous les enfants d'Israël vinrent aussi vers lui, et il leur exposa tous les ordres qu'il avait reçus du Seigneur sur la montagne de Sinai.

33. Mais s'apercevant qu'ils avaient peine à supporter l'éclat qui sortait de son visage, quand il eut achevé de leur parler, il mit un voile sur son visage ; et il le couvrit toujours dans la suite lorsqu'il fut obligé de les entretenir.

34. Mais lorsqu'il entra dans le tabernacle, et qu'il parlait avec le Seigneur, il était ce voile jusqu'à ce qu'il en sortît, après quoi il le remettait, et il rapportait ensuite aux enfants d'Israël toutes les choses que Dieu lui avait commandé de leur dire.

35. Lors donc que Moïse sortait du tabernacle, les Israélites voyaient que son visage jetait des rayons ; mais il le voilait de nouveau toutes les fois qu'il leur parlait.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — AC INCENSERS, supple locutus est Moïse, atque sermonem suum proseguens eum tandem complevit inscriptione secundarum tabularum.

PRÆCIDE (hebr. dola) TIBI DEAS TABULAS LAPIDEAS. Priores tabulas dederat Deus, easque inscripserat Decalogi ; verùm quia eas Hebræi violabant et infregissent fabricando vitulum aureum, hinc in penam peccati jubet hic Deus ut secundas has ipsimet compareret, easque Deo inscriberent offerant, supplicesque postulent in iis sibi demùm scribi legem à Deo.

VERS. 2. — ESTO PARATUS HANE, UT ASCENDAS STATIM IN MONTEM SINAI. Hinc videtur quòd Deus Moïse hanc pridiè ascensù dixerit sub tempus matutinum, quòdque tum statim descenderit Moses de monte ad castra, ibique præciderit et dolaverit per artifices duas tabulas lapideas, atque elixerit populo ne quis ad montem accederet ; deinde sequenti nocte rursù in montem descenderet, ut mane proximo se Deo cum tabulis sisset, ut eis Deus sua manu Decalogum inscriberet ; quod et mox eodem die, qui fuit quadragesimus ab ascensu Moïse in montem, Deus fecit ; unde sequitur, præciderit die, qui fuit trigésimus novus, Mosen descensisse de Sinai, ut tabulas lo-

gus præcideret, et ad Deum afferret, ut ei hic præcipi Deus. Ita Abul.

VERS. 3. — BOVES QUOQUE ET OVES NON PASCANTUR ET CONTRA, è regione mortis. Vult hic omnia Deus, ut duro et rudi populo sui timorem et reverentiam inculceter.

VERS. 5. — CUMQUE DESCENDESSET DOMINUS PER NUBEM, STETIT MOÏSES CUM EO. Stetit, scilicet Moses inclensus cavernæ, tectusque nubis, in quâ descendebat Deus, ut eum tegeret diu transiret, ne Moses videret faciem, sed tergum Domini, ut in fine cap. præcedentis Deus Moïse promiserat.

VERS. 5 ET 6. — INVOCANS NOMEN DOMINI. QUO TRANSCENTE AIT : DOMINATOR DOMINE DEUS, MISERICORS, ETC. Ait, quis incertum est, an Moses, an Dominus. Hebræa utriusque aptari possunt ; sic enim habet ad verbum : Et descendit Dominus in nube, et stetit cum eo et invocavit nomen Domini (quod noster interpres de Moïse accepit ; vertit enim : Stetit Moses, cum eo invocans nomen Domini) ; et transiit Dominus ante faciem ejus, et clamavit : Domine, Domine, etc. Verùm melius hæc aptetur Domino, ut Dominus ipse clamavit, dicens : Dominator Domine, etc. Unde in Hebræo et Sept. verba

sumt tertie personæ : non autem secundæ : licet noster interpres in secundâ translulerit claritatis causâ. Quòd enim Dominus hæc clamavit et dixerit, patet ex e. præced. v. 19, ubi dixit Dominus : Vocabo in nomine Domini, id est, inclamabo nomen Domini, dicens : Dominator Domine, etc. Idem patet Num. 14, 17, ubi dicitur : Sicut jurasti dicens : Dominus patiens, et multa misericordiâ. Ubi hoc dixit Deus, nisi hic ? Unde et Moses hic v. 8, demùm post hæc Domini verba cornuens in terram, orare cepit Dominum. Ita Abulens., Oleaster, Vatabl., Cajetan. et Lipoman. Quare quod noster Interpres vertit, quo transeunte ait, ait intellige Dominus, idque ex Hebræorum more, qui suppositum verbi non semper accipiunt substantivum illud, quòd proximum est, sed sæpè remotiùs revocant, uti videbimus hoc cap. v. 28 et alibi. Dominus ergo inclamavit Moïse, dicens : Dominator Dominus, ut vertunt Septuag., vel, ut claritàs vertit noster : Dominator Domine, non quasi seipsum invocaret aut oraret Deus, sed ut formulam invocandi se Moïse traderet ; sicut fecit Christus Apostolis, cum dixit : Sic ergo orabitis : Pater noster, qui es in cælis, etc. Pari modo fecit hic Deus Moïse, q. d. : Sic me tu cum tuis invocabis, sic me deprecaberis : Dominator Domine, qui custodis misericordiâ in millia, etc. Ita Abulens. Secundo, si verba nostri interpretis de Mose vellis accipere, tanquam ab eo prolata, dictio Deum transeuntem coram Mose hæc verba primò protulisse, deinde Mosen Deum secutum secundo illa pronuntiasse, ut ab eo hæc Dei verba iterata fuerint. Unde dixi e. præc. vocabo in nomine Domini, sic intelligendum esse, q. d. : Vocando nomen Domini, illud idem invocare te docebo ; itaque noster interpres utrumque significare voluit, scilicet et Deum protulisse hæc verba, idque capite præcedenti satis expressit verso illo 19, et deinde Mosen ex Dei doctrinâ eadem repetisse et recitasse ; idque hoc loco dicit. Quâ fortè de causâ Hebræa hic ambigua sunt, ut utrique, scilicet tam Moïse quam Deo aptari possint. Simile est Matth. 21, 41, ubi principes sacerdotum et seniores dixisse narrantur : Malos malos perdet, et vineam suam locabit aliis agricolis, cum tamen Marci 12, 9, et Lucæ 20, 16, Dominus ipsemet hæc verba dixisse narretur ; ubi Matth. et Marcus ita conciliandi sunt ut dicamus verba ista priùs dicta esse à senioribus, ut ait Matth., deinde Christum eadem repetisse, ut eos suos responso coargueret, quod aiunt Marcus et Lucas. Ita Lipoman.

DOMINATOR DOMINE. Duodecim nomina quasi epitheta hic Deus sibi dat, quibus vult à nobis compelli et invocari ; quia, ut aiunt Hebræi, hæc epitheta in Deo dicunt ordinem ad homines, hominumque salutem. Primum est, Dominator Domine, pro quo hebræicè est, Jehova, vel potius Jehava, quod est nomen tetragrammaton ; secundum, Deus, tertium, misericors, quartum, clemens, quintum, patiens ; sextum, multa misericordiâ, septimum, verax, scilicet in promissis ; octavum, qui custodis misericordiâ in millia : nomen, qui auferre iniquitatem, decimum, nullus opud te per se innocens est, undecimum, qui reddis iniquitatem pa-

trum filii ; duodecimum, ad nepotibus in tertiam et quartam generationem, de quo dicam Deut. 5, 9.

MISERICORS ET CLEMENS. Hanc Dei misericordiâ predicat S. Chrysost. homil. in Psal. 50. Inipius, inquit, es ? magos tibi propone (hoc enim infideles Christiani per stellam ad se vocavit). Raptor es ? publicanum cogita. Impius es ? animo tuo meretricis sese objicit. Sicarius es ? latro ille ante oculos tuos versetur. Plagiarius es ? in mentem tibi veniat Paulus, qui priùs blasphemus erat, postea Apostolus ; priùs persecutor, postea Evangelista ; priùs lupus, postea pastor. Peccasti ? respice. Milites peccasti ? Milites respice. Et S. Bernard. serm. de triplici misericordiâ : Magnus, ait, peccator magnâ misericordiâ opus habet ; ut ubi abundavit delictum, superabundet et gratia. Hujus tres sunt gradus. Primum, cum tardat ferrere Deus, ignoscere paratus ; secundus, quando dat gratiam respicientia ; tertius, quando peccati jugum à conscientia excutit. Idem de Evang. septem panum serm. 2 et 5 : Misericordias, ait, Domini in æternum cantabo, maxime septem : primo, à multis peccatis adhuc in seculo positum me custodit ; fater et fateror, nisi quia Dominus adjuit me, paulò nimis cecidisset in omne peccatum anima mea ; secundo, ego peccabam, et tu dissimulabas ; non continebam à scelerebus, et tu à verbibus abstinebas ; prolongabam ego multo tempore iniquitatem meam, et tu, Domine, pietatem tuam ; tertio, visitasti cor meum, et immutavit ut amara fierent que malè dulcia priùs erant ; quarto, patientem misericorditer suscepit ; quinto, emendatius videndi, præstitit virtutem, non recidendum patere, et esset novissimus error peior priore ; sexto, odium creavit in me proteritorum malorum, contemplant presentium honorum, et desiderium futurorum ; septimo, spem dedit obtinendi vitam æternam. Prima misericordiâ consistit in occasionis subtractione, resistendi datâ virtute, affectionis sanitate ; secunda complectitur longanimitatem quam Deus exhibuit, electionem prædestinationis suæ quam impleri voluit, et immensam charitatem quâ nos dilexit ; tertia, Deus concussit cor meum, excitans illud, ut adverteret suorum vulnera peccatorum, et vulnerum sentiret dolorem ; tertius deducens ad portas inferi, et preparata iniquissimæ monstrans ; quarta, Deus non damnat ulciscendo, non confundit impropèrando, nec minis diligit imputando ; quinta, Deus tueri nos adversus carnis, mundi, Satanae insidias omnes ; sexta exposita est ; septima, nulla penuria meritum, nulla consideratio propriæ vilitatis, nulla astinatio celestis beatitudinis, me ab altitudine spei dejicere possit in eâ firmiter radicatum. Hæc et plura sparsim S. Bernardus loco citato. Idem serm. 52 inter parvos : Quando, inquit, ad Deum convertimur, pedes Domini osculamur. Duo sunt autem pedes Domini, misericordiâ et veritas. Et serm. 6 in Cantico : Alterum, inquit, sine altero oculari non licet ; quia et recordatio solius iudicii in barathrum desperationis precipitat, et misericordiâ fallax assentatio peccatum generat securitatem.

PATENS. Hebr. est erech appaim, longus, id est, latus, naribus, hoc est, tardus ad iram, sive propèditus et longanimis. Nam qui angustis sunt naribus, fumos

trium filii ; duodecimum, ad nepotibus in tertiam et quartam generationem, de quo dicam Deut. 5, 9.

MISERICORS ET CLEMENS. Hanc Dei misericordiâ predicat S. Chrysost. homil. in Psal. 50. Inipius, inquit, es ? magos tibi propone (hoc enim infideles Christiani per stellam ad se vocavit). Raptor es ? publicanum cogita. Impius es ? animo tuo meretricis sese objicit. Sicarius es ? latro ille ante oculos tuos versetur. Plagiarius es ? in mentem tibi veniat Paulus, qui priùs blasphemus erat, postea Apostolus ; priùs persecutor, postea Evangelista ; priùs lupus, postea pastor. Peccasti ? respice. Milites peccasti ? Milites respice. Et S. Bernard. serm. de triplici misericordiâ : Magnus, ait, peccator magnâ misericordiâ opus habet ; ut ubi abundavit delictum, superabundet et gratia. Hujus tres sunt gradus. Primum, cum tardat ferrere Deus, ignoscere paratus ; secundus, quando dat gratiam respicientia ; tertius, quando peccati jugum à conscientia excutit. Idem de Evang. septem panum serm. 2 et 5 : Misericordias, ait, Domini in æternum cantabo, maxime septem : primo, à multis peccatis adhuc in seculo positum me custodit ; fater et fateror, nisi quia Dominus adjuit me, paulò nimis cecidisset in omne peccatum anima mea ; secundo, ego peccabam, et tu dissimulabas ; non continebam à scelerebus, et tu à verbibus abstinebas ; prolongabam ego multo tempore iniquitatem meam, et tu, Domine, pietatem tuam ; tertio, visitasti cor meum, et immutavit ut amara fierent que malè dulcia priùs erant ; quarto, patientem misericorditer suscepit ; quinto, emendatius videndi, præstitit virtutem, non recidendum patere, et esset novissimus error peior priore ; sexto, odium creavit in me proteritorum malorum, contemplant presentium honorum, et desiderium futurorum ; septimo, spem dedit obtinendi vitam æternam. Prima misericordiâ consistit in occasionis subtractione, resistendi datâ virtute, affectionis sanitate ; secunda complectitur longanimitatem quam Deus exhibuit, electionem prædestinationis suæ quam impleri voluit, et immensam charitatem quâ nos dilexit ; tertia, Deus concussit cor meum, excitans illud, ut adverteret suorum vulnera peccatorum, et vulnerum sentiret dolorem ; tertius deducens ad portas inferi, et preparata iniquissimæ monstrans ; quarta, Deus non damnat ulciscendo, non confundit impropèrando, nec minis diligit imputando ; quinta, Deus tueri nos adversus carnis, mundi, Satanae insidias omnes ; sexta exposita est ; septima, nulla penuria meritum, nulla consideratio propriæ vilitatis, nulla astinatio celestis beatitudinis, me ab altitudine spei dejicere possit in eâ firmiter radicatum. Hæc et plura sparsim S. Bernardus loco citato. Idem serm. 52 inter parvos : Quando, inquit, ad Deum convertimur, pedes Domini osculamur. Duo sunt autem pedes Domini, misericordiâ et veritas. Et serm. 6 in Cantico : Alterum, inquit, sine altero oculari non licet ; quia et recordatio solius iudicii in barathrum desperationis precipitat, et misericordiâ fallax assentatio peccatum generat securitatem.

PATENS. Hebr. est erech appaim, longus, id est, latus, naribus, hoc est, tardus ad iram, sive propèditus et longanimis. Nam qui angustis sunt naribus, fumos

ex corde ascendentes et choleram citius concipiunt, ac tardius efflant ob meatuum angustias, ideoque in hilem sunt procliviores; è contrario qui latis sunt naribus, meatus habent amplos, quibus choleram et furibundum expirant, quibusque multum frigidum aeris admittunt, quo temperat ille æstus et hilis; unde hi placidiores sunt, magis patientes et longanimes. Ita Ribera in Nahum 1, n. 9.

Moraliter disco hic, Deum summè potentem, summè quoque esse patientem. Nam impatientia magna est animi impotentia; patientia verò est potentia. Audi Boetium lib. 3, metro 5:

*Qui se vult esse potentem
Animos domet ille feroces,
Nec victa libidine colla
Fœdis submitta habens.
Etenim licet Indica longè
Tellus tua jura tremiscat,
Et serviat ultima Thule;
Tamen atras pellere curas,
Miserasque fugare querelas
Non posse, potentia non est.*

Diogenes adolescenti conquerenti, quòd à multis turbaretur: Desine, ait, et tu perturbationis indicia præ ferre. Idem, cum aliquis ei dixisset: Vituperant te multi: Oportet, ait, sapientem ab insipientibus scribi; esse meliorem indicat lingua quem carpit. Xenoph. teste Seneca, maledicenti sibi cuidam: Tu, ait, maledicere didicisti, ego conscientia teste didici maledicta continere. Antisthenes dicebat, virtutem sibi sufficere ad felicitatem, nec ulli re opus habere nisi robore Socratico. Socrates autem ad omnium rerum patientiam obdurebat.

NILLESQUE APUD TE PER SE INNOCENS EST, q. d.: Ergo omnes egent tuâ, ô Domine, misericordia, veni et gratiâ. Num. 14, 18, noster Interpres eadem verba quæ hic sunt in Hebræo, ita vertit: Nullumque innoxium derelinquens, id est, qui omnes censes noxios, reos, tibi que reatu aliquo obnoxios et obstrictos, ob culpam originale, vel mortalem, aut venialem, intellige per se, sen quantum est ex parte hominis; nam si aliquem Deus suâ gratiâ præservet (uti de B. Virgine piè credit Ecclesia), innocens omnino quis esse poterit. Ita, Abul. Posset secundò ex Hebræo sic verti: Nullumque innoxium, id est, impunitum, derelinquens. Hebr. enim *naka* significat et innocentem esse, et impunitum esse; hoc enim ex illo sequitur.

VERS. 9. — OBSCURO UT, etc., AUFERAS INIQUITATES NOSTRAS. Prævidebat Moses Judæos cervicosos deinceps sæpius Deum offensores; rogat ergo eum ut illis propitius sit, nec eos omnino deserat aut abiciat propter peccata futura; sed eos, tanquam hæreditatem suam, ut habent Hebræa, firmiter possideat et tueatur, unde hic Judæos docet eodem nomine Deum compellere, invocare, et crebrè ab eo veniam peccatorum petere.

VERS. 10. — RESPONDIT DOMINUS: EGO INIBO FACTUM VIDENTIBUS CUNCTIS, SIGNA FACIAM QUÆ NUNQUAM VISA SUNT. Hebr. est: Ego serio factus coram omni populo, qui scilicet videt te hæc (fœderis) causâ ascendere in

montem, et jam scit te hic mecum in monte eadem de causâ versari, et nubem, atque alia forsân signa similia illis quæ edita sunt in priori fœdere, c. 24, 17, in-tueatur, intuebiturque faciem tuam cornua lucis vibrantem, quando fœderis conditiones, videlicet has meas leges et tabulas digito meo inscriptas ei propones. Rursùm, inibo pactum videntibus cunctis, scilicet sequentibus temporibus continuè pactum hoc confirmando signis admirandis, quæ deinceps eâ de causâ in populi tutelam edam; ut maximè patuit tempore Josue in ejus bellis et victoriis portentosis.

Fœdus porrò Dei cum populo hic renovatum, fuit idem cum priori fœdere, ut scilicet Deus esset populi dominus et protector; populus vicissim soli Deo serviret et obediret, quorum utrumque significabatur datione et acceptione, sive acceptione legis; Deus enim dabat tabulas legis, populus verò eas accipiebat et acceptabat.

Nota. Moses die 40 ab ascensu suo in montem, summo mane vidit illam visionem et gloriam Dei transeuntis, sed à tergo, de quâ hic v. 6, et c. præc. v. 19 et 22; inde Deus rursùm nube se tegens, colloctus est cum Mose, ac fœderis conditiones, puta leges suas, ei v. 11 et seq. proponit, atque hoc ipsum fœdus cum Mose et populo init, ac tandem dat Mosi tabulas Decalogi à se inscriptas, quasi symbolum et confirmationem fœderis; quibus acceptis Moses eodem die quadragesimo ex monte ad populum cum tabulis descendit.

VERS. 11. — OBSERVA CUNCTIS QUÆ HODIÈ MANDAVI TIBI. Tibi, ô popule meus; loquitur enim hic Deus Mosi, ut intermissio populi, ejusque personam sustineret.

VERS. 14. — DOMINUS ZELOTES NOMEN EIUS; cò ejus, per hebraismum redundat, et ejus loco substitendum est cò Dominus in genitivo, ut dicas: Domini nomen est zelotes, id est, ut sequitur, Dominus est zelotes, æmulator honoris sibi delicti, nec patitur suum populum ad idola, quasi ad amasios dellectere.

Nota hebraismum, habere nomen vel vocari, significat esse, ut jure hoc nomine vocari possit; sic de Christo dicitur: Et vocabitur nomen ejus Emmanuel, admirabilis, consiliarius, fortis. Item: Accelera spolia detrahere, festina prædari, Isaie 8 et 9, hoc est, Christus erit Emmanuel, id est, nobiscum Deus, erit consiliarius, erit fortis, celeriter spolia detrahet, festinè prædabitur. Vide can. 18.

VERS. 15. — NE CUM FORNICATI FUERINT CUM DIIS suis. Fornicati fuerint, id est, deos sive idola coluerint. Sæpè Script. maximè in Prophetis, idololatriam vocat fornicationem, eò quòd homines divitarum, voluptatum et licentioris vite spe ac libidine cæci, à Deo recedentes, idolis quasi amatoribus se committendos subjicerent et traderent. Vide c. 2 et 3 Jeremias, et c. 16 Ezech.

E contrario Apostolus 2 Corinth. 11, 2, fidelibus ritè Deum colentibus, ait: Respondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo.

UT COMEDAS DE IMMOLATIS, itaque alliciaris ad immo-

landum; nam comedere idolothyta non est per se malum, nisi fiat eo modo, v. g., inter ipsa sacrificia in idolis, ut censetur quis hoc ipso consentire ipsi sacrificio idolis immolato; est tamen malum et illicitum per accidens, videlicet propter periculum aut conscientiam errantem, aut scandalum; quod maximè locum habebat apud Judæos. Vide de idolothythis dicta initio cap. 8 Epist. 1 ad Cor. Reliquæ leges hic summam iterantur ex c. 23, ubi eas explicui.

VERS. 21. — DIE SEPTIMO CESSABIS ARARE ET METERE, q. d.: Eliam tempus messis aut arationis sit, quod præ aliis maximè operosum esse solet, sabbato tamen cessabis, nec eo metes vel arabis. Patet ex Hebræo.

VERS. 22. — SOLEMNITATEM HEBDOMADARUM FACIES TIBI IN PRIMITIIS FRUGUM, q. d.: Celebrabis festum Pentecostes post hebdomadam hebdomadarum, id est, post 7 hebdomadas, puta post 49 dies, quinquagesimo die à paschate, in coque offeres primitias panum Deo.

ET SOLEMNITATEM, QUANDO REDEUNTE ANNI TEMPORE CUNCTA CONDENTER, scilicet festum collectæ in mense 7, quo annus præcursus et vulgaris incipiebat, de quo c. 23, 16.

VERS. 24. — CUM DILATAVERO TERMINOS TUOS, cum latos quos promisi tibi dederò terminos; quod factum est statim tempore Josue post primam quietem à bellis; itaque, ut hinc colligitur, ante hanc quietem non obligabatur Hebræi hoc præcepto, eundi ter in anno ad tabernaculum, idque quia iter periculosum erat, et quia ipsi adhuc bellis cum indigenis distinebantur.

NULLES INSIDIABITUR TERRE TUE, ASCENDENTE TE, ET APPARENTE IN CONSPPECTU DOMINI DEI TER IN ANNO; hebr. est, nullus concupiscet terram tuam, ut videlicet eam te absente invadat, eique insidiatur; q. d.: Ne metuas hostes cum obedis legi meæ, ut ascendas, id est, eas ad Sanctuarium meum, quasi illi te absente urbes, masculis et bellatoribus vacuas invasuri sint; ego enim illos frenabo et divertam, ut eam nec concupiscant, nec cogitent. Ita Abulens.

VERS. 25. — NON IMMOLABIS SUPER FERMENTO, cum fermento. Vide dicta c. 23, 18.

NEQUE RESIDERIT MANE DE VICTIMA SOLEMNITATIS PHASE, q. d.: Non remanebit quidquam ex agno paschali in erastium, sive in posterum mane, sed eodem die quo agnum immolabis, eundem totum comedis. Vide dicta c. 12, 20.

VERS. 27. — SCRIBE VERBA HÆC, hæc præcepta ceremonialia jam à me repetita, cum descenderis de monte, scribe in libro quopiam, in perpetuum memoriam cultus mei et fœderis. Ita scripsit ea Moses hic in libro Exodi.

QUIBUS. Hebr., juxta quorum os, id est, tenorem et rationem, inii tecum et cum populo tuo fœdus, ut videlicet illi sint populus mihi devinctus hoc cultu, et his ceremoniis; ego vicissim sim eorum Deus, tutor et provisor.

VERS. 28. — FUIT ERGO IBI CUM DOMINO QUADRAGINTA S. S. VI.

MES. Est secunda hæc Mosis mansio et statio in monte Sinâ per 40 dies. Prima enim totidem dierum fuit, c. 24, v. ult., in quâ diæta et gesta sunt ea quæ narratur à c. 24, v. ult. ad c. 32, v. 15. Secunda verò hæc cœpit posttridie quam Moses ex primâ descenderat; posttridie enim rursus ascendit in Sinam, ibique mansit 40 dies. Hæc secunda Mosis statio continet diæta à c. 31, c. 32, lucusque; colloquia ergo præcedentia Dei cum Mose, quæ hæctenus narrata sunt, contigerunt spatio horum 40 dierum, quibus secundo Moses mansit in monte, ut ex hoc loco patet.

Nota. Moses primò ascendit in montem, statim à datâ lege in pentecoste, puta postera die (uti colligitur Exodi 24, v. 12), quæ fuit septima mensis tertii; data est enim lex die sextâ mensis tertii; inde Moses mansit cum Deo in monte 40 dies; mox descendit cum tabulis legis, quas à Deo acceperat, easque viso vitulo confregit 17 die mensis quarti; postera, scilicet 18 die rursùm ascendit ad Deum in Sinâ, ut patet c. 32, v. 50 et 51, ibique rursùm mansit alios 40 dies, ut patet c. 34, 28, quibus evolutus ascendit à Deo secundas legis tabulas, cum iisque cornutus descendit ad populum 28 die mensis quinti.

PANEM NON COMEDIT, ET AQVAM NON BIBIT, id est, nihil omnino cibi sumpsit, solâ oratione et Dei alloquio vivens. Solent enim Hebræi duabus partibus, sive rebus necessariis et sufficientibus ad famem et sitim levandam, videlicet aquâ et pane, significare omnem cibum. Ita S. August. q. 165, et S. Hieron. in Isaie 5. Jejunavit ergo Moses bis 40 dies, videlicet semel ante primam, et secundo ante secundam tabularum legis conscriptionem et acceptionem; de quâ jejunii dispositione et virtute, vide S. Maximum hom. 5 de Junio Quadragesimæ, S. Hieron. lib. 2 contra Jovin., Chrysost. serm. 1 de Jejunio, Cyprian. tract. de Jejunio et Tentationibus Christi, et præ omnibus S. Basil. serm. 1 de Jejunio, et ex eo S. Ambros. lib. de Eliâ et Jejunio. Audi pauca è multis: Jejunium, ait S. Hieron. ad Demetriad., non solum perfecta est virtus, sed et ceterarum virtutum fundamentum est, et sanctificatio, et pudicitia atque prudentia, sine qua nemo videbit Deum. S. Ambr. serm. de Quadrag.: Fames, ait, amica est virginitati, inimica lascivie; saturatus verò prodigi castitatem, nutrit illecebram. Et rursùm: Ille, ait, quadragesimam facit, qui jejunando et vigilando ascendit ad pascha. Nam sicut reliquò anno jejunare præmium est, ita in Quadragesimâ non jejunare peccatum est. Illa enim voluntaria sunt jejunia, ista necessaria; illa de arbitrio veniunt, ista de lege; ad illa invitamur, ad ista compellimur. Nota præceptum jejunii quadrag. tempore S. Ambr. Chrysost. in c. 6 Matth.: Sicut, ait, nec miles sine armis est aliquid, nec arma sine milite; ita nec oratio sine jejunio, nec jejunium sine oratione.

S. Basil.: Jejunium, ait, est similitudo hominum cum angelis. Rursùm Chrys.: Jejunium est alimentum animæ. S. August.: Jejunium, ait, purgat mentem, subleat sensum, carnem spiriti subjicit, cor facit contritum et humilitatum, concupiscentiæ nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit, castitatis lumen accendit. S. Athanas.

tract. de Virg. : Vide, ait, quid faciat jejunium ; morbos sanat, distillationes exsiccat, demones fugat, malas cogitationes expellit, mentem reddit nitidiorē, cor purgatius, et corpus salubrius. S. Ambr. de Eliā et Jejunio : Jejunium, ait, est mors culpa, excidium delictorum, remedium salutis, radix gratiæ, fundamentum castitatis ; hoc gradu tanquam curru Elias ascendit. Petrus Ravenas serm. de Jejunio, *Jejunium, ait, scimus esse Dei arcem, Christi castrum, murum Spiritus sancti, vestitum fidei, castitatis signum, sanctitatis tropæum.* S. Greg. : *Quantum, ait, à paradisi gaudio per cibum cecidimus, quantum possumus, per abstinentiam resurgamus.* Exempla et premia jejuniarum attuli Gen. 9, 21, et hic c. 24, v. 18.

ET SCRIPSIT IN TABULIS VERBA FŒDERIS DECEM. Puta, 10 precepta Decalogi in tabulis lapideis scripsit, non Moses, ut voluit S. Cyprian. tract. de Spiritu S., et S. August. q. 116, sed Deus. Nam licet de Mose proximus præcesserit sermo, hic tamen de Deo est, quod licet Latinis non videatur, tamen Hebræis non est, qui sæpè vel intelligunt verbi suppositum, vel remotius aliquod asciscunt, maxime si id notum sit, aut aliàs nominatum. Sic hic ex eo quod v. 1 dixit Dominus se scripturum in tabulis hæc legem, manifestum relinquatur, id quod hic dicitur, *Scrpsit ergo, de Domino, non de Mose accipiendum esse.* Deinde id ita esse omnino patet Deut. 10, v. 1, 2, 5, 4, ubi eadem hæc historia repetitur, diciturque Dominus scripsisse legem, non Moses.

VERS. 29. — CUMQUE DESCENDERET MOYSES DE MONTE SINAI, TENEBAT DUAS TABULAS, ET IGNORABAT QUOD CORNUTA ESSET FACIES SUA EX CONSORTIO SERMONIS DOMINI. Nota primò. Deus Mosei et Hebræis tabulas legis daturus, et cum Mose hæc de re in Sinā colloquens, quasi sol radiantissimus Mosei suam gloriam, id est, radios sue lucis afflavit aded fulgidos, ut Hebræi in faciem Mosei, quasi in alterum solem intueri non possent, sed ab eo facies suas avertere cogenter. Hinc Moses, ut cum eis loqui posset, velo faciem et gloriam suam velabat ; unde ait : *Ignorabat quod cornuta esset facies sua.*

Ubi nota secundò. Benè interpres noster vertit, *cornuta* ; verbum enim *keren* significat propriè cornutum esse ; non verò radiare, ut quidam coniungunt ; sicuti nomen *keren* significat tantum cornu, idque penè in omnibus linguis.

Nota tertio. Cornutum hic metaphorice accipitur ; non enim cornua habebat in fronte Moses, ut ei affingunt pictores, sed ita lucida erat facies ejus, ut radios luminis vibraret, ejusque quasi cornua emitteret. Unde Chaldaeus non verba, sed sensum reddens, ait : *Ignorabat Moses quod multiplicatus esset splendor gloriæ vultus sui ; et Sept. : Οὐκ ᾔδει ὅτι διπλασθεὶς ἡ ὄψις τοῦ ὑψηλῆος ;* vel, ut alii legunt, *ὑψηλὸς τὸ ὑψηλὸν αὐτοῦ,* id est : *Non sciebat Moses quod glorificatus fuerat aspectus coloris, vel cutis faciei suæ.* Septuaginta sequitur S. Paulus 2 Cor. 5, 7, qui hæc cornua vocat *gloriam vultus Mosei.* Ex iisdem Septuaginta in Officio ecclesiastico transfigurationis Christi canitur : *Glorificatus*

est facies Mosei. Unde conjicias, præsecam editionem S. Scripture, quæ usa fuit Ecclesia ante S. Hier., vocat Septuaginta interpretum. Porrò hi radii Mosei vocantur cornua ; quia ita perstringebant et siderabant oculos Hebræorum, ut quasi cornibus feriri et transgredi viderentur. Aded enim iis percellabantur, ut præ terrore retrocederent, et radiis hæc quasi repercutis, vim eorum non sustinentes, diffugerent. Idque hoc fine, ut Mosen legislatorem legemque ei à Deo datam revererentur et formidarent, nec eam amplius transgredirentur. Cornua enim sunt symbolum, primò, principatus et regni, juxta illud Psal. 131, 17 : *Illuc producam cornu* (id est, robur et regnum) *David.* Et de Josephi posteris, puta regibus nascituris ex Ephraim, ejus filio, ait Moses, Deut. 35, 17 : *Cornua rhinocerotis cornua illius, in illis ventilabit gentes.* Hæc ergo cornibus Deus Mosen in duem et legislatorem auctoravit, et quasi principatus insignibus decoravit :

*Flamma cornuto librante lumina vultu,
Gestantemque sacris jura suprema tibris.*

Hinc et cornua hæc fæere non ossis, sed lucis, quia ex quam ex Deo quasi legislator daturus erat, est ær, eaque cælestis et divina. Prov. 6, 25. Secundò, cornua Mosei significabant legem ejus minac fore et terribilem, quasi Moses cornutus, cornibus suis impetiturus esset eos qui legem violarent, intelligendo eis penam mortis. Lex enim vultus fuit rigoris et terroris, sicut nova è contrario est gratiæ et amoris.

EX CONSORTIO SERMONIS DOMINI. Hinc patet hæc æris cornua, id est, hos radios allatos esse Mosei ex consortio Dei, maxime quando transivit gloria Dei ante foramen petreæ, et exclamavit : *Dominator Domine,* hoc c. v. 6. Petierat enim Moses videre faciem Domini secum loquentis per nubem ; sed respondet Deus : *Posteriora mea* (id est, dorsum meum in corpore per angulum assumpto) *videbis ; faciem autem meam* (n. pote nimis radiantem) *videre non poteris.* Posuit ergo Deus, vel potius angelus Dei vices gerens, Mosen in spelunca, eamque nube textit, sicque coram Mose transivit in corpore glorioso et lucidissimo à se assumpto ; et cum jam transisset, amovit nubem, ut Moses Domini, vel potius angeli tergum (in quo lux erat temperatior quam in facie) conspiceret ; tunc ergo tergum Domini mirifice radians intuentem ita perstrinxit, ut quasi cornua luminis ei adhaerit. Nam inde vel maxime radiasse faciem Mosei patet, quod primò vice, quando totidem diebus colloctus cum Domino accepit primas tabulas, Exodi 32, 15, nihil de ejusmodi radiis legamus ; similiter nec in secundo hoc colloquio proximè ante illam Dei visionem, cum Moses descenderet de monte tabulas ad Deum allaturus v. 5 et 4, quod contigit die 59 mansionis secunde in Sinā, nihil tale narretur. Verisimile est ergo in splendidissima et eminentissima illā jam dictā visione, Mosen eos contraxisse, eique allatos sicque scilicet ulcimo et 40 die quo cum Deo fuit in Sinā, quoque ab eo secundas legis tabulas accepit, idque primò, ut amorem

suum erga Mosen declararet Deus, amoremque amoris rependeret ; secundò, ut legem Israelitis promulgandam, certissimo hoc caractere divinam et à Deo mandantem ostenderet, terroremque incuteret, ne eam deinceps violare auderent ; hanc causam assignat Apostolus 2 Cor. 5, 7 ; tertio, ut auctoritatem Mosei apud populum conciliaret ; quartò, ut vim et fructum orationis ostenderet.

Quamdiù duravit hic vultus ejus splendor, Script. non exprimit. Abul. iisdem rationibus jam dictis putat ad mortem Mosei perdurasse, ideoque Mosen post primum cum populo colloquium, deinceps usque ad mortem velasse faciem suam eum populum alloqueretur. Sic etiam sentit Ambr. in Psalm. 118, qui et allegoricam prosequitur causam : Moses, ait, id est, lex vetus, semper habuit velamen ; Jesus, seu Jese, ejus successor, nullum habuit ; Christus enim abstulit omne legis velamen ; ut ait Apost. 2 Cor. 5, 14. Hanc sententiam innuit quoque illustriss. Bellarm. lib. 2 de Reliq. sanct. c. 4.

Moral. nota. Deus est lux immensa et increata, fons omnis lucis et luminis ; hinc lux nobilissima et cælestis est qualitas quæ Deo, cum apparuit, suam majestatem representavit : *Lumen,* ait S. Dionys. de divin. Nom., *ex ipso bono est, et bonitatis imago. Ideo ipsum bonum luminis cognomen laudatur, tanquam imaginem quoddam exemplar expressum.* Hinc qui cum Deo versatur, et orantes cum eo sæpè colloquantur, instar Mosei radii Dei afflantur, fluntque lædidi in animo, et subinde in facie et corpore. Ita Christus in oratione transfiguratus est, et resplenduit facies ejus sicut sol, ita ut suis radiis collustraret non tantum Eliam et Mosen, sed et Petrum, et Jacobum et Joannem. Petrus enim hoc splendore et gaudio exultans, et quasi ebrius clamabat : *Domine, bonum est nos hic esse ; facianus hic tria tabernacula, tibi unum, Mosei unum, et Eliæ unum.* Ita S. Antonii in oratione pernoctantis facies assidue splendebat, ut ex solâ vultus luce et lætitiâ, inter tot millia monachorum agnosceretur Antonius ; videbatur enim esse quasi quidam sol inter stellâs. Ita S. Francisus oratione ferventi sublimis in aera, radiabat et fervebat, adeoque ex se flammæ et ignis vibrare videbatur. Ita S. P. N. Ignatius à S. Philippo Nerio et aliis sæpè visus est vultu supra nimum augusto et fulgido. Ita radiabat facies augusta B. Virginis ex assidua conversatione cum Deo et Verbo incarnato, ut dea quædam esse videretur,

CAPUT XXXV.

1. Igitur congregata omni turba filiorum Israel, dixit ad eos : Hæc sunt quæ jussit Dominus fieri.

2. Sex diebus faciatis opus ; septimus dies erit vobis sanctus, sabbatum, et requies Domini ; qui voceris opus in eo, occidetur.

3. Non succendatis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem sabbati.

4. Et ait Moyses ad omnem catervam filiorum Israel : Iste est sermo quem præcepit Dominus, dicens :

5. Separate apud vos primitias Domino : omnis

teste S. Dion. Porrò, hi lucis radii habebant speciem cornuum, ut significarent, per orationem sanctos luce divinâ, non tantum collustrari, sed et fieri cornutos, id est, constantes, fortes, robustos, invictos ad toleranda omnia dura, æquè ac ad aggrediendum ardua quælibet. Ita per orationem roborata fuit S. Anna mater Samuelis, de qua dicitur 4 Reg. 1, 18 : *Vultusque illius non sunt amplius in diversa mutati, q. d. : Eodem sibi semper constanti vultu deinceps excepti tam laudes Helicæ, quam sanas Phenicæ ; tam dura, quam dulcia ; tam adversa, quam prospera.*

VERS. 50. — VIDENTES AUTEM AARON ET FILII ISRAEL CORNUTAM MOSEI FACIEM, TIMERUNT PROPE ACCEBERE, quia scilicet non valebant videre aciem eorum in vultum ejus ita fulgidum, sive in jubas hoc faciei ejus, et quia reverebantur Mosen, quasi divinum jam hinc radiis electum ; latebant verò hi radii ipsum Mosen, quia ipse absorptus erat visione et colloquio Dei, nec poterat intueri vultum suum nisi in speculo, quod si intuius fuisset, vidisset utique et hos sui vultus radios.

VERS. 51 ET 52. — ET POSTQUAM LOCUTUS EST AD EOS (puta Moses ad Aaron et principes populi) VENERUNT AD EUM ETIAM OMNES FILII ISRAEL, jam ex timore confirmati, cum vidissent Aaronem et principes cum Mose colloqui.

VERS. 55. — IMPLETISQUE SERMONIBUS POSUIT VELAMEN SUPER FACIEM SUAM. EX hoc loco colligitur quod Moses præcepta Dei populo promulgavit, primo colloquio aperta facie et radiante, ob majestatem, reverentiam et testimonium legis ; sed post primam illam promulgationem, deinceps quando loquebatur cum populo, velabat faciem, ut colloqui liberioris daretur copia ; quando verò tabernaculum adibat, de quo c. 55, v. 8, collocaturus cum Domino, velum auferebat.

Allegoricam hujus velationis causam dat Apostolus 2 Cor. 5, v. 14, 15, 16 : Judeis enim vetus Testamentum est velamine obductum, ut non videant internam ejus lucem novi Testamenti et Christum, eo contenta et representata ; hoc velamen nobis in lege novâ Christus abstulit, et aufere in fine sæculi à Judeis, ad fidem Christi convertendis.

Tropol. S. Gregorius p. 3 Pastor. cap. 5, ut prædicator, inquit, auditori se attempere necesse est ; alia enim quæque debent multis audientibus contegi, et vix paucis aperiri.

CHAPITRE XXXV.

1. Moïse ayant donc assemblé tous les enfants d'Israël, leur dit : Voici les choses que le Seigneur a commandé que l'on fasse.

2. Vous travaillerez pendant six jours, et le septième jour vous sera saint, étant destiné pour honorer le sabbat et le repos du Seigneur ; celui qui fera quelque travail en ce jour-là, sera puni de mort.

3. Vous n'allumerez point de feu dans toutes vos maisons au jour du sabbat.

4. Moïse dit encore à toute l'assemblée des enfants d'Israël : Voici ce que le Seigneur a ordonné. Il a dit :

5. Mettez à part chez vous les prémices de vos biens, pour les offrir au Seigneur ; vous lui offrirez de

voluntarios et prono animo offerat eas Domino; aurum et argentum, et aes,

6. Hyacinthum et purpuram, coccumque bis tinctum, et byssum, pilos caprarum,

7. Pellesque arietum rubricatas, et ianthinas, ligna Setim,

8. Et oleum ad luminaria concinnanda, et ut conficiatur unguentum, et thymiama suavissimum;

9. Lapidés onychinos, et gemmas ad ornatum superhumeralis et rationalis.

10. Quisquis vestrum sapiens est, veniat, et faciat quod Dominus imperavit.

11. Tabernaculum scilicet, et tectum ejus, atque operimentum, et annulos, et tabulata cum vestibulis, paxillos et bases;

12. Arcam et vectes, propitiatorium, et velum quod ante illud oppanditur;

13. Mensam cum vestibulis et vasis, et propositionis panibus;

14. Candelabrum ad luminaria sustentanda, vasa illius et lucernas, et oleum ad nutrimenta ignium;

15. Altare thymiatis, et vectes, et oleum unctionis, et thymiama ex aromatibus; tentorium ad ostium tabernaculi;

16. Altare holocausti, et craticulam ejus aeneam cum vestibulis et vasis suis; labrum et basin ejus;

17. Cortinas atrii cum columnis et basibus, tentorium in foribus vestibuli;

18. Paxillos tabernaculi et atrii, cum funiculis suis;

19. Vestimenta, quorum usus est in ministerio Sanctuarii, vestes Aaron pontificis ac filiorum ejus, ut sacerdotio fungantur mihi.

20. Egressaque omnis multitudo filiorum Israël de conspectu Moysi,

21. Obtulerunt mente promptissima atque devota primitias Domino, ad faciendum opus tabernaculi testimonii. Quidquid ad cultum et ad vestes sanctis necessarium erat,

22. Viri cum mulieribus præbuerunt, armillas et insares, annulos et dextralia; omne vas aureum in donaria Domini separatum est.

23. Si quis habebat hyacinthum, et purpuram, coccumque bis tinctum, byssum et pilos caprarum, pelles arietum rubricatas, et ianthinas,

24. Argenti, crisque metalli, obtulerunt Domino, lignaque Setim in varios usus.

25. Sed et mulieres doctæ, quæ neverant, dederunt hyacinthum, purpuram et verniculum, ac byssum,

26. Et pilos caprarum, sponte propria cuncta tribuentes.

27. Principes verò obtulerunt lapidés onychinos et gemmas ad superhumeralis et rationale,

28. Aromataque et oleum ad luminaria concinnanda, et ad preparandum unguentum, ac thymiama odoris suavissimi componendum.

29. Omnes viri et mulieres mente devota obtulerunt donaria, ut fierent opera quæ jusserrat Dominus per manum Moysi. Cuncti filii Israël voluntaria Domino dedicaverunt.

bon cœur, et avec une pleine volonté, l'or, l'argent, l'hyacinthe,

6. L'hyacinthe, la pourpre, l'écarlate teinte deux fois, le fin lin, les poils de chèvres,

7. Les peaux de moutons teintes en rouge, des peaux violettes, des bois de Setim pour la construction du tabernacle;

8. De l'huile pour entretenir les lampes, et pour composer des onctions et des parfums d'excellente odeur;

9. Les pierres d'onyx et les pierres précieuses, pour orner l'éphod et le rational;

10. Quiconque parait vous est habile à travailler, qu'il vienne pour faire ce que le Seigneur a commandé.

11. Savoir, le tabernacle avec le toit et la couverture, les anneaux, les ais et les barres de bois qui les traversent, les pieux et les bases;

12. L'arche avec les bâtons pour la porter, le propitiatoire, et le voile qui doit être suspendu devant l'arche;

13. La table avec les bâtons pour la porter, et ses vases, et les pains qu'on expose devant le Seigneur;

14. Le chandelier qui doit soutenir les lampes, tout ce qui sert à son usage; les lampes, et l'huile pour entretenir le feu;

15. L'autel des parfums avec les bâtons pour la porter, l'huile pour faire les onctions, le parfum composé d'aromates, le voile suspendu à l'entrée du tabernacle;

16. L'autel des holocaustes, le grill d'airain avec ses bâtons pour la porter, et tout ce qui sert à son usage; le bassin avec sa base;

17. Les rideaux du parvis du temple, avec leurs colonnes et leurs bases, et le voile de l'entrée du vestibule;

18. Les pieux du tabernacle et du parvis, avec leurs cordons;

19. Les vêtements qui doivent être employés au culte du sanctuaire; les ornements destinés au pontife Aaron et ses fils, afin qu'ils exercent les fonctions de son sacerdoce.

20. Après que tous les enfants d'Israël furent partis de devant Moïse, ils retournèrent chez eux.

21. Et ils offrirent au Seigneur, avec une volonté prompte et pleine d'affection, les premières de leurs biens, pour tout ce qu'il y avait à faire au tabernacle du témoignage. Et pour tout ce qui était nécessaire pour le culte sacré et pour les ornements sacerdotaux.

22. Les hommes avec les femmes donnèrent leurs chaînes, leurs pendants d'oreilles, leurs bagues et leurs bracelets; tous les vases d'or furent mis à part, pour être présentés au Seigneur.

23. Ceux qui avaient de l'hyacinthe, de la pourpre, de l'écarlate teinte deux fois, du fin lin, des poils de chèvres, des peaux de moutons teintes en rouge, des peaux violettes,

24. De l'argent et de l'airain, les offrirent au Seigneur, avec des bois de Setim pour les employer à divers usages.

25. Les femmes aussi qui étaient habiles donnèrent ce qu'elles avaient filé d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate, de fin lin,

26. Et de poils de chèvres, et donnèrent tout de grand cœur.

27. Les princes d'entre le peuple offrirent des pierres d'onyx et des pierres précieuses pour l'éphod et le rational;

28. Des aromates et de l'huile pour entretenir les lampes, et pour préparer des onctions et composer le parfum d'excellente odeur.

29. Tous les hommes et toutes les femmes firent leurs offrandes de bon cœur, pour faire les ouvrages que le Seigneur avait ordonnés par Moïse. Tous les enfants d'Israël firent ces offrandes au Seigneur avec une pleine volonté.

50. Dixitque Moyses ad filios Israël: Ecce, vocavit Dominus ex nomine Beseleel filium Uri, filii Hur de tribu Juda.

51. Impletivique eum spiritu Dei, sapientiâ et intelligentiâ, et scientiâ, et omni doctrinâ,

52. Ad excogitandum et faciendum opus in auro, et argento, et aere,

53. Sculptendisque lapidibus, et opere carpentario; quidquid fabrè advenire potest,

54. Dedit in corde ejus: Ooliab quoque filium Achisamech de tribu Dan;

55. Ambos eruditiv sapientiâ, ut faciant opera abietarii; polymitarii, ac plumarii, de hyacintho, ac purpurâ, coccoque his tincto, et bysso, et textant omnia, ac nova quæque reperiant.

COMMENTARIUM.

VERS. 2.—SEPTIMUS DIES ERIT VOBI SANCTUS, SABBATUM, ET REQUIES DOMINI. Dico hic quanta fuerit sabbati cura et religio, quam toties hic inculcat Deus, quantæ Dominicæ et festorum religio debeat esse Christianis.

QUI FECERIT OPUS IN EO OCCIDETUR. Hebr. *imrat*, id est, morietur, scilicet per sententiam judicis, vel per Deum, qui occidit vel casuali modo illi mortem ascribet.

VERS. 3.—NON SUGGERENT IGEM IN OMNIBUS HABITACULIS VESTRIS PER DIEM SABBATI. *Non in omnibus*, id est, nullis. Tanta religio et quies erat sabbati, ut eo ne vel ignem struere et accendere liceret, intellige ad eorumque cibos; nam in paschate et aliis festis licebat cibos coquere, idèquæ ignem accendere, ut patet c. 12, v. 16; hoc autem non licebat in sabbato. Ita Abulens., Cajet. et R. Abraham Ben Esra, contra quem alii Rabbini librum scripserunt, quem vocarunt Sabbathum, eo quod sabbati contra eum loquentis, emque quasi hæreticum damnantis personam inducant. Consent enim Rabbini, sabbato non licuisse accendere ignem ullâ de causâ, etiam frigidis, ad se calefaciendum. Sed hi nimis religiosi vel superstitiosi videntur. Unde addunt ipsi, non solum non esse struendum ignem die sabbati, sed neque ex lapide aut metallo elicendum, neque fovendam lampadem, nisi fortè propter infirmum, et, ut nunquam nugari desinat, interpretantur, si propter vim frigidis ignis accendi debeat, non esse folle, sed arundine sufflandum. Vide hic quam lex vetus servorum fuerit dura et rigida, lex verò nova filiorum sit blanda et facilis.

VERS. 5.—SEPARATE APUD VOS PRIMITIAS DOMINO. *Primitias*, id est, primam vestram oblationem (nullam enim publicam et communem hactenus fecistis) et prima vestra dona, que Domino oblaturi estis pro fabricâ tabernaculi. Horum donorum omnium tropologiam pite à S. Greg. 50 Moral. 10, et Origine hom.

15. Vide dicta c. 25.

Nota. Deus hic ab oblatione sua, et ab obsequio tabernaculi neminem, quantumvis pauperem vel miserum, excludit. Qui enim non poterat aurum, argentum, coccum, poterat saltem pelles, vel pilos capra-

rum offerre; qui nec hoc, poterat saltem eos nere, afferre et referre, aliisque modis artificibus et fabris tabernaculi subservire. Pulchrè B. Egidius socius S. Francisæ: *Si Gratiam, ait, in precibus sentis, ora ut angatur; si non sentis, ne cesses idcirco à precibus; gratos enim habuit Deus etiam caprarum pilos, qui ei juxta præceptum legis offerbantur.*

VERS. 8.—ET UT CONFICIATUR. Subaudi, offerat quilibet materiam c. 25 præscriptam, puta aromata, ut hic dicitur in Hebræo, et noster exprimit v. 28, ad faciendum unguentum consecrationis sacerdotum, et ad thymiama componendum; nam thymiama non fiebat ex oleo, sed ex stacte, onychâ, galbano et thure. Erat ergo oleum pro lucernis; erat et oleum in unguento consecrationis sacerdotum et tabernaculi. Hoc enim unguentum fiebat ex myrrâ, cinnamomo, calamo, casia et oleo olivarum. Vide Exodi 50, v. 25 et seq.

VERS. 10.—QUISQUIS SAPIENS EST, QUISQUIS PERITUS ET INDUSTRIUS ARTIFEX.

VERS. 10 ET 11.—ET FACIAT QUOD DOMINUS IMPERAVIT; TABERNACULUM SCILICET, ET TECTUM EJUS, ATQUE OPERIMENTUM. *Tabernaculum* vocat ipsum Sanctuarium cortinis decem, factis ex bysso, purpurâ, cocco et hyacintho, obvelatum et obiectum, quod hebr. dicitur *miscan*. Tectum verò, quod hebr. dicitur *ohel*, vocat secundum velum, sive sagum cilicinum, quod factum erat ex pilis caprinis. Denique *operimentum*, quod hebr. dicitur *mische*, vocat tertium velum ex pellibus arietum rubricatis, et quartum ex pellibus ianthinis. Ita Cajetanus et Lipoman.

VERS. 11.—TABULATA, tabulas connexas instar tabulati, idque à triplici latere tabernaculi; in longum enim erat tabulatum, sive connexio tabularum ad triginta cubitos; in latum verò erat tabulatum ad decem cubitos.

PAXILLOS. Hebr., *cofmannas*, que hic à nostro vel paxilli vocantur, quia parvæ erant, et acuminatas habebant bases instar paxillorum, ut possent terra innigi; vel certè eas sub paxillis comprehendit; columnis enim affixi erant paxilli, et ex paxillis vela suspendebantur.

VERS. 17.—TENTORIUM, id est, velum.

VERS. 25. — SED ET MULIERES DOCTÆ, QUÆ NEVERANT, DEDERUNT. *Doctæ*, id est, nondi peritæ et sapientes artifices, puta netrices et textrices; hæc enim est doctrina et sapientia mulierum.

HYACINTHUM, netum seu filatum hyacinthi, puta lane violacæ. Sic et purpuram, vermiculum et byssum intellige, non lanam, vel linum, sed netum, sive stamen talis lane vel lini.

VERS. 20. — VOLUNTARIA, ultronea et spontanea dona.

VERS. 34. — DEDIT IN CORDE EIUS. Hæc est, docuit eum, vel dedit in corde ejus, intellige scientiam, aut potius artem et cognitionem, ac praxin artificialem fabricandi, suendi, texendi, etc. Hebraicè est, et ad docendum dedit in corde ejus, id est, tam perfectè docuit eum, et alios possidet docere. Alii vertunt, *facilem*

CAPUT XXXVI.

1. Fecit ergo Beseleel, et Ooliab, et omnis vir sapiens, quibus dedit Dominus sapientiam et intellectum, ut scirent fabre operari quas in usus Sanctuarii necessaria sunt, et que præcepit Dominus.

2. Cumque vocasset eos Moyses, et omnem eruditum virum, cui dederat Dominus sapientiam, et qui sponte sua obulerant se ad faciendum opus,

3. Tradidit eis universa donaria filiorum Israel. Qui cum instarent operi, quotidie manè vota populus offerrebat.

4. Unde artifices venire compulsi,

5. Dixerunt Moysi : Plus offert populus quam necessarium est.

6. Jussit ergo Moses præconis voce cantari : Nec vir, nec mulier quidquam offerat ultra in opere Sanctuarii. Si que cessatum est à muneribus offerendis,

7. Eò quòd oblata sufficerent et superabundarent.

8. Feceruntque omnes corde sapientes ad explendum opus tabernaculi, cortinas decem de bysso retortâ, et hyacintho, purpurâ, coccoque bis tincto, opere vario, et arte polymitâ :

9. Quarum una habebat in longitudine viginti octo cubitos, et in latitudine quatuor ; una mensura erat omnium cortinarum.

10. Conjunxitque cortinas quinque, alteram alteri, et alias quinque sibi invicem copulavit.

11. Fecit et ansas hyacinthinas in orâ cortine unius ex utroque latere, et in orâ cortine alterius similiter,

12. Ut contra se invicem venirent ansæ, et mutuè jungerentur.

13. Unde et quinquaginta fudit circulos aureos, qui morderent cortinarum ansas, et fieret unum tabernaculum.

14. Fecit et saga undecim de pilis caprarum ad operiendum tectum tabernaculi ;

15. Unum sagam in longitudine habebat cubitos triginta, et in latitudine cubitos quatuor ; unius mensura erant omnia saga ;

16. Quorum quinque junxit seorsum, et sex alia separatim.

et propensum eum fecit ad docendum alios, contra ac faciunt plerique insignes artifices, qui suas artes et praxes ægerimè aliis communicant, casque secum intermori sibiunt, itaque et se merito ac gloria, et republicam suis commodis et ornamentis privant.

OOLIAB QUOQUE. Intellige quod de Beseleel socio ejus dixit, videlicet, vocavit et implevit sapientiâ.

VERS. 35. — UT FACIANT OPERA ABIETARIUM. Hebr., ut faciunt opera fabri, scilicet lignarii, ut superius dixi.

POLYMITARI AC PLUMARI. Ille distinguit hæc duo, que superius indifferenter usurpavit, ut scilicet phrygio vel plumarius sit, qui seu variè pingit ; polymitarius, vel, ut hebraicè est, *cogitans cogitationes*, sit, qui texturâ ingeniosâ varia intexit et eformat, ut fit in tapetibus. Ita Abul. et Lipon.

CAPITRE XXXVI.

1. Béséléel travailla donc à tous ces ouvrages avec Ooliab, et tous les hommes habiles à qui le Seigneur avait donné la sagesse et l'intelligence, afin qu'ils sussent faire excellentement ce qui était nécessaire pour l'usage du sanctuaire, et tout ce que le Seigneur avait ordonné.

2. Car Moïse les ayant fait venir avec tous les hommes habiles, auxquels le Seigneur avait donné la sagesse, et ceux qui s'étaient offerts d'eux-mêmes pour travailler à cet ouvrage,

3. Il leur mit entre les mains toutes les obligations des enfants d'Israël. Et comme ils s'appliquaient à avancer cet ouvrage, le peuple offrait encore tous les jours au matin de nouvelles dons.

4. C'est pourquoi les ouvriers furent obligés

5. De venir dire à Moïse : Le peuple offre plus de dons qu'il n'est nécessaire.

6. Moïse commanda donc qu'on fit cette déclaration publiquement par la voix d'un héraut : Que nul homme et nulle femme n'offre plus rien à l'avenir pour les ouvrages du sanctuaire. Ainsi on cessa d'offrir des présents à Dieu,

7. Parce que ce qu'on avait déjà offert suffisait, et qu'il n'y en avait même plus qu'il n'en fallait.

8. Tous ces hommes, dont le cœur était rempli de sagesse pour travailler aux ouvrages du tabernacle, firent donc dix rideaux de fin lin retors, d'hyacinthe, de pourpre et d'écarlate teints deux fois ; le tout en broderie, et d'un ouvrage excellent de différentes couleurs.

9. Chaque rideau avait vingt-huit coudées de long, et quatre de large, et tous les rideaux étaient d'une même mesure.

10. Cinq de ces rideaux tenaient l'un à l'autre, et les cinq autres, étaient de même joints ensemble.

11. L'un des rideaux avait des cordons d'hyacinthe sur le bord des deux côtés, et l'autre rideau avait de même des cordons au bord ;

12. Afin que, les cordons se trouvant vis-à-vis l'un de l'autre, les rideaux fussent joints ensemble.

13. C'est pourquoi ils firent aussi fondre cinquante anneaux d'or, où se pussent attacher les cordons des rideaux, afin qu'il ne s'en fit qu'un seul tabernacle.

14. Ils firent aussi onze couvertures de peils de chèvres, pour servir de couverture et de toit au tabernacle :

15. Chacune de ces couvertures avait trente coudées de long, et quatre de large ; et elles étaient toutes de même mesure.

16. Ils en joignirent cinq ensemble, et les six autres séparément.

17. Fecitque ansas quinquaginta in orâ sagi unius, et quinquaginta in orâ sagi alterius, ut sibi invicem jungerentur ;

18. Et fibulas aeneas quinquaginta, quibus neciteret tectum, ut unum pallium ex omnibus sagis fieret.

19. Fecit et oportorium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis ; aliudque desuper velamentum de pellibus lanthinis.

20. Fecit et tabulas tabernaculi de lignis Setim stantes.

21. Decem cubitorum erat longitudo tabulae unius ; et unum ac semis cubitum latitudinem retinebat.

22. Binæ incastraturæ erant per singulas tabulas, ut altera alteri jungeretur. Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis.

23. E quibus viginti ad plagam meridiana erant contra austrum,

24. Cum quadraginta vasibus argenteis. Duæ bases sub unâ tabulâ ponbantur ex utraque parte angulorum, ubi incastraturæ laterum in angulis terminantur.

25. Ad plagam quoque tabernaculi, quæ respicit ad aquilonem, fecit viginti tabulas,

26. Cum quadraginta basibus argenteis, duas bases per singulas tabulas.

27. Contra occidentem verò, id est, ad partem tabernaculi, quæ mare respicit, fecit sex tabulas.

28. Et duas alias per singulos angulos tabernaculi retrò ;

29. Quæ junctæ erant à deorsum usque sursum, et in unam compagine pariter ferebantur. Ita fecit ex utraque parte per angulos ;

30. Ut octo essent simul tabulae, et haberent bases argenteas sedecim, binas scilicet bases sub singulis tabulis.

31. Fecit et vectes de lignis Setim, quinque ad continendas tabulas unius lateris tabernaculi,

32. Et quinque alios ad alterius lateris coaptandas tabulas ; et extra hos, quinque alios vectes ad occidentalem plagam tabernaculi contra mare.

33. Fecit quoque vectem alium, qui per medias tabulas ab angulo usque ad angulum perveniret.

34. Ipsa autem tabulata deauravit, fasis basibus earum argenteis. Et circulos eorum fecit aureos, per quos vectes induci possent ; quos et ipsos laminis aureis operit.

35. Fecit et velum de hyacintho, et purpurâ, vermiculo, ac bysso retortâ, opere polymitarii, varium atque distinctum ;

36. Et quatuor columnas de lignis Setim, quas cum capitibus deauravit, fasis basibus earum argenteis.

37. Fecit et tentorium in introitu tabernaculi ex hyacintho, purpurâ, vermiculo, byssoque retortâ, opere plumarii ;

38. Et columnas quinque cum capitibus suis, quas operit auro, basesque earum fudit aeneas.

17. Ils firent aussi cinquante cordons au bord de l'une des couvertures, et cinquante au bord de l'autre, afin qu'elles fussent jointes ensemble.

18. Ils firent encore cinquante boucles d'airain, pour les tenir attachées, afin qu'il ne s'en fit qu'un toit et qu'une seule couverture.

19. Ils firent de plus une troisième couverture du tabernacle de peaux de moutons teintes en rouge ; et par-dessus encore une quatrième de peaux teintes en bleu céleste.

20. Ils firent aussi des ais de bois de Sétim pour le tabernacle, qui se tenait debout, étant joints ensemble.

21. Chacun de ces ais avait dix coudées de long, et une coudée et demie de large.

22. Chaque ais avait une languette et une rainure, afin qu'ils entrassent l'un dans l'autre. Tous les ais du tabernacle étaient faits de cette sorte.

23. Or il y en avait vingt du côté méridional, qui regarde le vent du midi,

24. Avec quarante bases d'argent. Chaque ais était porté sur deux bases de chaque côté des angles, à l'endroit où l'enchâssure des côtes se termine dans les angles.

25. Ils firent aussi pour le côté du tabernacle qui regardait l'aquilon, vingt ais,

26. Avec quarante bases d'argent, deux bases pour chaque ais.

27. Mais pour le côté du tabernacle, qui est à l'occident, et qui regarde la mer, ils n'y firent que six ais,

28. Et deux autres qui étaient dressés aux angles du tabernacle :

29. Ils étaient joints depuis le haut jusqu'au bas, et ne composaient qu'un corps tous ensemble. Ils gardèrent cette disposition dans les angles des deux côtés.

30. Il y avait huit ais en tous, qui avaient seize bases d'argent, y ayant deux bases pour chaque ais.

31. Ils firent aussi de grandes barres de bois de Sétim, cinq pour traverser et tenir ensemble tous les ais d'un des côtés du tabernacle,

32. Cinq autres pour traverser et tenir ensemble les ais de l'autre côté ; et outre celles-là, cinq autres encore pour le côté du tabernacle qui est à l'occident et qui regarde la mer.

33. Ils firent aussi une autre barre qui passait par le milieu des ais, depuis un coin jusqu'à l'autre.

34. Ils couvrirent de lames d'or tous ces ais soutenus sur des bases d'argent qui avaient été jetées en fonte. Ils y mirent de plus des anneaux d'or, pour y faire entrer les barres de bois, qu'ils couvrirent aussi de lames d'or.

35. Ils firent un voile d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate, de fin lin retors ; le tout en broderie, et d'un ouvrage admirable par son excellente variété.

36. Ils firent quatre colonnes de bois de Sétim, qu'ils couvrirent de lames d'or avec leurs chapiteaux, et leurs bases étaient d'argent.

37. Ils firent encore le voile pour l'entrée du tabernacle, qui était d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate, de fin lin retors ; le tout en broderie.

38. Ils firent aussi cinq colonnes avec leurs chapiteaux ; ils les couvrirent d'or, et leurs bases furent jetées en fonte et faites d'airain.

VERS. 5. — VOTA (voluntaria munera) POPULUS OFFEREBAT. Ita Chaldaeus.

VERS. 6. — JESSU ERGO MOYSES PRÆCONIS VOCE CANTARI. Hebr., *transire fecit Moses vocem per castra, id est, præconis tubæ et voce edixit.*

VERS. 14. — AD OPERIENDUM TECTUM TABERNACULI, id est, ad fabricam tecti, sive ad integrandum tectum, quod operiret et tegeret tabernaculum: nam, ut dixi cap. 25, v. 11, *miscan*, id est, tabernaculum, præcisè vocatur hic infimum tabernaculi, puta cortinarum polimitarum velum; secundum verò è pilis caprinis, quod primum polymittum operiebat, vocatur tectum, hebr. *ohel*, sicut tertium vocatur *mische*; quod erat operimentum è pellibus.

Est hic hebraica repetitio minuta et particularis omnium quæ Dominus jussit fieri cap. 25, 26, 27, 28, 30, ut ea hic facta et perfecta esse doceat. Similis repetitio usitata est apud Orientales, aliosque populos, ut videtur est apud Moscovitas, qui, quoties duces vel principem alloquuntur, toties seriâtim longo ordine omnes ejus titulos iterant et repetunt.

Noti. Noster interpres in hac repetitione non reddit verbum verbo, sed sensum repetitionemque hebraeam breviter complectitur, quædam etiam per explicationem è supradictis accessit; hoc enim permittitur libertati, ingenio et dispositioni interpretis.

VERS. 18. — QUIBUS NECTERENT TECTUM. Tectum, id est, secundum velum, sive sagum cilicinum tegens tabernaculum, ut dixi v. 14.

VERS. 55. — FECIT QUOQUE VECTEM ALIUM. Hujus vectis nullam mentionem fecit interpres noster cap. 26, 28. Septuaginta tamen et alii ejus mentionem ibi fecerunt; nam in Hebræo eadem penè sunt verba ibi, quæ hic, nisi quod ordo verborum nonnihil sit immutatus, et hic addatur articulus *et*, quasi certum alium designans vectem. Est ergo hic alius à præcedentibus vectis, qui transibat per ipsas tabulas, scilicet earum crassitiem interitus penetrando; erant enim hæ tabule

CAPUT XXXVII.

1. Fecit autem Beseleel et aream de lignis Setim, habentem duos semis cubitos in longitudine, et cubitum ac semissem in latitudine; altitudo quoque unius cubiti fuit et dimidii; vestivitque eam auro purissimo intus ac foris.

2. Et fecit illi coronam auream per gyrum,

3. Conflans quatuor annulos aureos per quatuor angulos ejus; duos annulos in latere uno, et duos in altero.

4. Vectes quoque fecit de lignis Setim, quos vestivit auro,

5. Et quos misit in annulos, qui erant in lateribus arcæ ad portantum eam.

6. Fecit et propitiatorium, id est, oraculum, de auro mundissimo, duorum cubitorum et dimidii in longitudine, et cubiti ac semis in latitudine;

7. Duos etiam cherubim ex auro ductili, quos posuit ex utraque parte propitiatorii;

8. Cherub unum in summitate unius partis, et

crassiores; unde Septuaginta eas vocant columnas, ita Lyran., Hugo, Abul., Carthus. Reliqui enim vectes non interitus, sed exterius dorsa tantum tabularum transibant, per annulos ad hoc dextra tabularum affixos. Fuit autem hic vectis, ut rectè advertit Abul., à latere occidentali tabernaculi, quod tegebat Sanctum sanctorum; illud enim latus solum habebat angulos; positus ergo est hic vectis, ut omnia latera tabernaculi firmius simul astringeret sibi. Hujus vectis meminit et Josephus lib. 3, cap. 5, ubi enumeratis tabernaculi vectibus, ait præterea port tergum unum fuisse ordinem vectum, puta qui per omnes tabulas iret, quo per uncinis utriusque parietis latera continebantur.

VERS. 54. — IPSA AUTEM TABULATA (id est, tabulas, quæ CONDEXERANT INSTAR TABULI) DEAUERUNT.

VERS. 56. — QUAS CUM CAPITIBUS DEAUERUNT, ita ut columnæ tantum obducerentur auro, sive laminis aureis, capita verò essent auro, ut Deus jussisset Mosi c. 26, 32.

VERS. 57. — FECIT ET TENTORIUM. Tentorium hic et in seq. idem est quod velum.

VERS. 58. — QUAS OPERUIT AURUM. Intellige similiter ex eodem cap. 26, 37, ita ut columnæ tegerentur aureis laminis, capita verò essent auro, nimirum ut clavi vel capita columnarum essent ex auro, columnæ verò tegerentur calaturis, sive circulis aureis in gyrum euntibus; sicuti columnæ atrii argenteis ejusmodi gyris circumdabantur. Patet ex Hebræo; atque sic justa erat omnium proportio, cum scilicet columnæ atrii argenteis spiris ornarentur, tabernaculi aureis; Sancti sanctorum verò (nupte que intime et vicinissimæ erat oraculo) aureis, non spiris, sed laminis tegerentur. Regia Biblia in fine habent hæc ultima capituli verba: *Quas et operuit auro; verum hoc redmndat: neque enim bases columnarum anæ deaurate fuerunt.* Reliqua vide c. 26.

CHAPITRE XXXVII.

1. Bésélcel fit aussi l'arche de bois de Sétim; elle avait deux coudées et demie de long, une coudée et demie de large, et une coudée et demie de haut; il la couvrit d'un or très-pur en dedans et en dehors.

2. Et il fit une couronne d'or qui régnait tout au tour.

3. Il fit jeter en fonte quatre anneaux d'or, qu'il mit aux quatre coins de l'arche, deux d'un côté et deux de l'autre.

4. Il fit aussi des bâtons de bois de Sétim, qu'il couvrit d'or;

5. Il les fit entrer dans les anneaux qui étaient aux côtés de l'arche pour servir à la porter.

6. Il fit encore le propitiatoire, c'est-à-dire l'oracule, d'un or très-pur, qui avait deux coudées et demie de long et une coudée et demie de large.

7. Comme aussi deux chérubins d'or battu, qu'il mit aux deux côtés du propitiatoire;

8. Un chérubin à l'extrémité d'un des deux côtés, et l'autre chérubin à l'extrémité de l'autre côté; ainsi

Cherub alterum in summitate partis alterius; duos cherubim in singulis summitatibus propitiatorii:

9. Extendentes alas et tegentes propitiatorium, seque mutuo et illud respicientes.

10. Fecit et mensam de lignis Setim in longitudine duorum cubitorum, et in latitudine unius cubiti, quæ habebat in altitudine cubitum ac semissem.

11. Circumdedique eam auro mundissimo, et fecit illi labium aureum per gyrum;

12. Ipsique labio coronam auream interrasiilem quatuor digitorum, et super eandem alteram coronam auream.

13. Fudit et quatuor circulos aureos, quos posuit in quatuor angulis per singulos pedes mensæ.

14. Contra coronam; misitque in eos vectes, ut possit mensa portari.

15. Ipsos quoque vectes fecit de lignis Setim, et circumdedit eos auro;

16. Et vasa ad diversos usus mensæ, acetabula, phialas, et cyathos, et thuribula, ex auro puro, in quibus offerenda sunt libamina.

17. Fecit et candelabrum ductile de auro mundissimo; de cupis vecte calami, scyphi, sphaerulaeque ac lilia procedebant:

18. Sex in utroque latere, tres calami ex parte unâ, et tres ex alterâ.

19. Tres scyphi in nucis modum per calamos singulos, sphaerulaeque simul et lilia; et tres scyphi instar nucis in calamo altero, sphaerulaeque simul et lilia. Equum erat opus sex calamorum, qui procedebant de stipite candelabri.

20. In ipso autem vecte erant quatuor scyphi in nucis modum, sphaerulaeque per singulos simul et lilia;

21. Et sphaerula sub duobus calamis per loca tria qui simul sex sunt calami procedentes de vecte uno.

22. Et sphaerula igitur, et calami ex ipso erant universa ductilia ex auro purissimo.

23. Fecit et lucernas septem cum emunctoriis suis, et vasa ubi ea que emuncta sunt extinguantur, de auro mundissimo.

24. Talentum auri appendebat candelabrum cum omnibus vasis suis.

25. Fecit et altare thymiamatis de lignis Setim, per quadrum singulos habens cubitos, et in altitudine duos; è cojis angulis procedebant cornua.

26. Vestivitque illud auro purissimo, cum craticula et parietibus et cornibus.

27. Fecitque ei coronam aureolam per gyrum, et duos annulos aureos sub coronâ per singula latera, ut mittantur in eos vectes, et possit altare portari.

28. Ipsos autem vectes fecit de lignis Setim, et operuit laminis aureis.

29. Composuit et oleum ad sanctificationis unguentum, et thymiamata de aromatibus mundissimis, opere pigmentarii.

COMMENTARIUM.

VERS. 7. — DUOS ETIAM CHERUBIM. Hinc patet quos tantum fuisse Cherubim juxta arcam, non quatuor,

chacun des deux chérubins était à l'une des extrémités du propitiatoire:

9. Ils étendaient leurs ailes dont ils couvraient le propitiatoire, et ils se regardaient l'un l'autre; aussi bien que le propitiatoire.

10. Il fit encore une table de bois de Sétim qui avait deux coudées de long, une coudée de large, et une coudée et demie de haut;

11. Il la couvrit d'un or très-pur, et il y fit tout autour une bordure d'or;

12. Il appliqua sur la bordure une couronne d'or de sculpture à jour, haute de quatre doigts, et il mit encore au-dessus une autre couronne d'or.

13. Il fit fondre aussi quatre anneaux d'or qu'il mit aux quatre coins de la table, un à chaque pied,

14. Au-dessous de la couronne; et il y fit passer les bâtons, afin qu'ils servissent à porter la table.

15. Les bâtons qu'il fit étaient de bois de Sétim, et il les couvrit de lames d'or;

16. Pour les différents usages de cette table, il fit des plats d'ur or très-pur, des coupes, des encensoirs et des tasses, pour y mettre les oblations de liqueurs qu'on offrait à Dieu.

17. Il fit aussi le chandelier de l'or le plus pur battu au marteau. Il y avait des branches, des coupes, des pommes et des lis qui sortaient de sa tige;

18. Six branches sortaient des deux côtés de sa tige, trois d'un côté et trois d'un autre;

19. Il y avait trois coupes en forme de noix, avec des pommes et des lis en l'une des branches, et trois coupes de même en forme de noix, avec des pommes et des lis en l'autre branche. Et toutes les six branches qui sortaient de la tige étaient travaillées de même.

20. Mais la tige du chandelier avait quatre coupes en forme de noix, accompagnées chacune de sa pomme et de son lis;

21. Il y avait trois pommes en trois endroits de la tige, et de chaque pomme sortaient deux branches qui faisaient en tout six branches naissantes d'une même tige;

22. Ces pommes et ces branches sortaient donc du chandelier, étant toutes d'un or très-pur battu au marteau.

23. Il fit aussi d'un or très-pur sept lampes avec leurs mouchettes, et les vases destinés pour y éteindre ce qui avait été mouché des lampes.

24. Le chandelier, avec tout ce qui servait à son usage, pesait un talent d'or.

25. Il fit encore l'autel des parfums de bois de Sétim, qui avait une coudée en carré, et deux coudées de haut, et d'où sortaient quatre cornes aux quatre angles;

26. Il le couvrit d'un or très-pur, avec sa grille, ses quatre côtés et ses quatre cornes.

27. Il fit une couronne d'or qui régnait tout autour; et il y avait des deux côtés, au-dessous de la couronne, deux anneaux d'or pour y faire entrer les bâtons qui devaient servir à porter l'autel.

28. Il fit ces bâtons de bois de Sétim, et il les couvrit de lames d'or.

29. Il composa aussi l'huile pour en faire les onctions de consécration, et les parfums composés d'aromates très-exquis, selon l'art des plus habiles parfumeurs.

COMMENTARIUM.

videlicet unum ab uno latere, alium ab alio, unde et Salomon in suo templo duos tantum fecisse legitur 3

Reg. 6, 23. Quod ergo hic dicitur, duos Cherubim in singulis summitatibus, id est, extremitatibus (hoc enim significat Hebraicum *kaise*) propitiatorii esse positos, intellige ex eo quod precessit, in singulis unum, nos duos fuisse positos. Id patet ex Hebraeis, quae habent: *Ex propitiatorio fecit cherubim à duobus ejus lateribus*. Ita Abulensis.

CAPUT XXXVIII.

1. Fecit et altare holocausti de lignis Setim, quinquae cubitorum per quadrum, et trium in altitudine.
2. Cujus cornua de angulis procedebant, operuitque illud laminis aeneis.
3. Et in usus ejus paravit ex aere vasa diversa, lebetes, forcipes, fuscinae, uncinos, et ignium receptacula.
4. Craticulamque ejus in modum retis fecit aeneam, et subter eam in altaris medio arulam.
5. Fuisit quatuor annulis per totidem retiaculi summitates, ad immitendos vectes ad portandum.
6. Quos et ipsos fecit de lignis Setim, et operuit laminis aeneis.
7. Induxitque in circulos, qui in lateribus altaris eminebant. Ipsum autem altare non erat solidum, sed eavum ex tabulis, et intus vacuum.
8. Fecit et labrum aeneum cum basi sua de speculis mulierum, quae excubabant in ostio tabernaculi.
9. Fecit et atrium, in cuius australi plagâ erant tentoria de bysso retorta, cubitorum centum.
10. Columnae aeneae, viginti cum basibus suis, capita columnarum, et tota operis calatura argentea.
11. Aequae ad septentrionalem plagam tentoria, columnae, basesque et capita columnarum, ejusdem mensurae, et operis, ac metalli erant.
12. In eâ verò plagâ, quae ad occidentem respicit, fuerunt tentoria cubitorum quinquaginta, columnae decem cum basibus suis aeneae, et capita columnarum, et tota operis calatura, argentea.
13. Porrò contra orientem, quinquaginta cubitorum paravit tentoria,
14. Et quibus quinquidem cubitos columnarum trium, cum basibus suis, unum tenebat latus;
15. Et in parte alterâ (quâ inter utraque introitum tabernaculi fecit) quinquidem aequae cubitorum erant tentoria, columnaeque tres, et bases totidem.
16. Cuncta atrii tentoria byssus retorta texerat.
17. Bases columnarum fuere aeneae, capita autem earum cum cunctis calaturis suis argenteae; sed et ipsae columnas atrii vestivit argento.
18. Et in introitu ejus opere plumario fecit tentorium ex hyacintho, purpurâ, vermiculo, ac bysso retortâ, quod habebat viginti cubitos in longitudine, altitudo verò quinquae cubitorum erat, juxta mensuram quam cuncta atrii tentoria habebant.
19. Columnae autem in ingressu fuere quatuor cum basibus aeneis, capitaeque earum et calaturae argenteae.
20. Paxillos quoque tabernaculi et atrii per gyrum fecit aeneos.
21. Haec sunt instrumenta tabernaculi testimonii

VERS. 17. — VECTE hastili, seu scapo candelabri.

VERS. 19. — *AEQUUM ERAT OPUS EX CALAMORUM*, scilicet calamis, vel brachiis candelabri omnibus in eandem altitudinem surgentibus. Reliqua vide e. 23 et 50.

CHAPITRE XXXVIII.

1. Bésécéel fit aussi l'autel des holocaustes de bois de Setim, qui avait cinq coudées en carré, et trois de haut.
2. Quatre cornes s'élevaient de ses quatre coins; et il le couvrit de lames d'airain.
3. Il fit d'airain plusieurs vaisseaux différents pour l'usage de cet autel, des chaudières, des tenailles, des pincettes, des crocs et des brasières.
4. Une grille d'airain en forme de rets, et au-dessous un foyer au milieu de l'autel.
5. Il jeta en fonte quatre anneaux qu'il mit aux quatre coins de cette grille, pour y passer des bâtons qui pussent servir pour porter l'autel;
6. Il fit aussi ces bâtons de bois de Setim, il les couvrit de lames d'airain,
7. Et les fit passer dans les anneaux qui sortaient des côtés de l'autel. Or, l'autel n'était pas solide, mais il était composé d'ais, étant creux et vide au dedans.
8. Il fit encore un bassin d'airain avec sa base, et il employa pour cet ouvrage des miroirs d'airain, que la piété des femmes qui veillaient à la porte du tabernacle les porta à offrir au Seigneur.
9. Il fit de plus le parvis en la manière qui suit: au côté du midi il y avait des rideaux de fin lin longs de cent coudées.
10. Il y avait aussi, pour les soutenir, vingt colonnes d'airain avec leurs bases, et les chapiteaux de ces colonnes, avec tous leurs ornemens, étaient d'argent.
11. Du côté du septentrion il y avait des rideaux qui tenaient le même espace; les colonnes destinées à les soutenir, avec leurs bases et leurs chapiteaux, étaient de même mesure, de même métal, et travaillées de même manière.
12. Mais au côté du parvis qui regardait l'occident, les rideaux ne s'étendaient que dans l'espace de cinquante coudées; il y avait seulement, pour les soutenir, dix colonnes d'airain avec leurs bases; et les chapiteaux des colonnes, avec tous leurs ornemens, étaient d'argent.
13. Du côté de l'orient, il mit de même des rideaux qui occupaient cinquante coudées de long,
14. Dont il y avait quinze coudées d'un côté, avec trois colonnes et leurs bases;
15. Et quinze coudées aussi de l'autre côté avec les rideaux, trois colonnes et leurs bases, ce qui ne faisait que six colonnes; car au milieu, entre les deux dernières colonnes, il fit l'entrée du tabernacle.
16. Tous ces rideaux du parvis étaient tissés de fin lin retors.
17. Les bases des colonnes étaient d'airain, leurs chapiteaux, avec tous leurs ornemens, étaient d'argent, et il couvrit les colonnes même du parvis de lames d'argent.
18. Il fit le grand voile qui était à l'entrée du parvis, d'un ouvrage de broderie d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate et de fin lin retors; il avait vingt coudées de long, et cinq coudées de haut, selon la hauteur de tous les rideaux du parvis.
19. Il y avait quatre colonnes à l'entrée du tabernacle avec leurs bases d'airain; et leurs chapiteaux, ainsi que leurs ornemens, étaient d'argent.
20. Il fit aussi des pieux d'airain, pour mettre tout autour du tabernacle et du parvis, afin d'y attacher les rideaux.
21. Ce sont là toutes les parties qui composaient le

quae enumerata sunt juxta praeceptum Moysi in ceremoniis levitarum per manum Ithamar filii Aaron sacerdotis.

22. Quae Beseleel filius Uri, filii Hur de tribu Juda, Domino per Moysen jubente, compleverat;

23. Juncto sibi socio Ooliab filio Achisamech de tribu Dan; qui et ipse artifex lignorum egregius fuit, et polymitarius atque plumarius ex hyacintho, purpurâ, vermiculo et bysso.

24. Omne aurum quod expensum est in opere sanctuarii, et quod oblatum est in donariis, viginti novem talentorum fuit, et septingentorum triginta siclorum, ad mensuram sanctuarii.

25. Oblatum est autem ab his qui transierunt ad numerum, à viginti annis et supra, de sexcentis tribus millibus et quingentis quinquaginta armatorum.

26. Fuerunt praeterea centum talenta argenti, et quibus conflatae sunt bases sanctuarii, et introitus ubi velum pendet.

27. Centum bases factae sunt de talentis centum, singulis talentis per bases singulas supputatis.

28. De mille autem septingentis et septuaginta quinque fecit capita columnarum, quas et ipsas vestivit argento.

29. Aëris quoque oblatae sunt talenta septuaginta duo millia, et quadragesimo supra sicli,

30. Quae quibus factae sunt bases in introitu tabernaculi testimonii, et altare aeneum cum craticulâ sua, omniaque vasa quae ad usum ejus pertinent,

31. Et bases atrii tam in circulo quam in ingressu ejus, et paxilli tabernaculi atque atrii per gyrum.

COMMENTARIUM.

VERS. 8. — FECIT ET LABRUM AENEUM CUM BASI SUA DE SPECULIS MULIERUM. Pro de speculis, hebr. est *benarot*, id est, in visibilibus, vel in speculis, q. d. : Fecit labrum ita tersum et politum ut esset in speculum, quo scilicet intueri se possent mulieres alitque convenientes ad tabernaculum. Ita Cajet. Verum hebraeum *beth*, id est, in, saepe sumitur pro *min*, id est, ex, de; unde alii passim vertunt: *De speculis*, quod primò sic aliqui exponunt, non quòd labrum factum esset ex speculis, sed quòd haberet specula circum se pendentiâ, in quibus se specularentur et intuerentur sacerdotes an maculis essent aspersi. Alii censent labrum factum esse ex speculis, id est, ex integumentis aeneis speculorum. Ita Abul. : sed inania sunt haec omnia; nam Septuag. vertunt: *Ex rubeo porphyro*, et Chaldeus alitque passim per *marot* accipiunt specula, ex eisque propriè factum esse hoc labrum lavatorum censent. Neque mirum videri debet specula haec facta fuisse ex aere: nam Plinius lib. 33, c. 9; et lib. 54, c. 17, docet olim optima specula fuisse Brundusina ex stanno et aere diligentissimè terso et polito, sed postea praelata fuisse argentea. Aliqui probabiliter censent specula haec non conficisse totum labrum, sed ei circumferre affabrè fuisse incerta et quasi intexta, quod satisfaci, concinnum videtur et elegans, dummodò fatèamur ex his speculis constitisse labrum, non

tabernacle du témoignage, que Moïse commanda à Ithamar, fils d'Aaron, grand-prêtre, de donner par compte aux lévites, afin qu'ils en fussent chargés.

22. Bésécéel, fils d'Uri, qui était fils de Hur, de la tribu de Juda, acheva tout l'ouvrage, selon l'ordre que le Seigneur en avait donné par la bouche de Moïse;

23. Il eut pour compagnon Ooliab, fils d'Achisamech, de la tribu de Dan, qui savait aussi travailler excellentement en bois, en étoffes tissues de fin lin, de différentes couleurs, et en broderie d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate et de fin lin.

24. Tout l'or qui fut employé pour les ouvrages du sanctuaire, et qui fut offert à Dieu dans les dons volontaires du peuple, était de vingt-neuf talents, et de sept cent trente-sicles, selon la mesure du sanctuaire.

Or, le talent d'or valait 69,351 liv. 5 sols, et le sicle d'or 14 liv. 4 s. 9 d.

25. Ces oblations furent faites par ceux qui entrèrent dans le dénombrement, ayant vingt ans et au-dessus, et qui étaient au nombre de six cent trois mille cinq cent cinquante hommes portant les armes.

26. Il y eut de plus cent talents d'argent, dont furent faites les bases du sanctuaire, et l'entrée où le voile était suspendu.

27. Il fit cent bases de cent talents; chaque base était d'un talent, et le talent d'argent valait 4,867 liv. 5 s. 9 d.

28. Il employa mille sept cent soixante-quinze sicles d'argent aux chapiteaux des colonnes, et il revêtit ces mêmes colonnes de lames d'argent; le sicle d'argent était de 52 s. 6 d.

29. On offrit aussi soixante-dix talents d'airain, et deux mille quatre cents sicles.

30. Qui furent employés à faire les bases à l'entrée du tabernacle du témoignage, et l'autel d'airain avec sa grille, et tous les vases qui devaient servir à son usage;

31. Et les bases du parvis qui étaient tout autour et à l'entrée avec les pieux qui s'employaient autour du tabernacle et du parvis, pour le soutenir.

autem illa labro appensa fuisse duntaxat vel annexa: simili enim modo calices aurei intexturum adamantibus alitque gemmis magno tum pretio, tum ornatu et elegantia; de his enim verò dici potest quòd facti sint vel constant adamantibus, esto majori ex parte constant auro.

Nota hic priscam devotionem et ritum quo sanctae mulieres, praesertim cum se totas Dei obsequio dicabant, sua specula et ornamenta, per quae ante vanitatis et mundi servierant, jam conversa, secum pariter Deo consecrabant.

Ita Sophia socrus, et Constantina uxor Mauricii imp. coronam in Ecclesiâ Deo obtulerunt.

Ita S. Ludgardis matrona sanctissima, juxta ac castissima, praeter patrimonium, totum etiam mundum muliebrem cultum in divite copiâ possidebat, Ecclesiae obtulit ut divinus cultus inde promoveretur. Ita Pulcheria, Arcadii filia, è patrimonio suo Virginii Deipharæ nobile templum aedificavit in quo S. Virginis vestes cultu magnificentissimo asservari curavit, easque gemmis monilibus ac etiam vestibus propriis adornavit; itaque ipsa tam sua quam se, suamque virginitatem S. Virginii devovit, atque in aulâ religiosam egi vitam cum sororibus reginis, et cum fratre Theodosio imp., ac postea cum Marciano marito imp., illisæ semper virginitate; indeque ipsa imperium sub